ACTA
ACADEMIAE
THEODORO - PALATINAE
TOM. IV.
PARS HISTORICA.

HISTORIA
ET
COMMENTATIONES
ACADEMIAE ELECTORALIS
SCIENTIARVM ET ELEGANTIORVM
LITTERARVM
THEODORO-PALATINAE

VOLVMEN IV. HISTORICVM.

MANNHEMII TYPIS ACADEMICIS
MDCCLXXVIII.

CAROLO AVGVSTO

AVGVSTAE DOMVS

A LVITBOLDO M.

PRINCIPE REGALI

FVNDATAE

AB OTTONE M.

PALATINO - WITTELSBACENSI

INSTAVRATAE

AB OTTONE ILLVSTRI

PALATINO FRANCOR. ET BOIOR. DVCE PRIMARIO

AMPLIFICATAE

A CAROLO THEODORO

PRINCIPVM OPTIMO

AD PRISCVM FASTIGIVM REDVCTAE

STATORI NOVO

HEROVM FILIO

PRINCIPI FELICISSIMO

MUSAE PALATINAE

D. D. CONSECRANT.

SERIVS, quam constitutum nobis erat, volumen hoc prodit in lucem, casu dolendo, morbo nimirum & insecuta morte socii classis historicæ primarii, Christophori Jacobi Kremeri, qui rebus humanis ereptus est eo ipso tempore, quo symbolam suam ad istud volumen conferre debuerat.

Quæ cum ita sint, dissertationes ejus, quas hic proferimus, eam præsertim, quæ pagos Franciæ orientalis exponit, ita comparatas non esse, quales ipse esse voluerat, nemo mirabitur. Me-

reban-

rebantur tamen omnino haec ſtudiorum mediae aetatis fragmenta noſtris in commentariis ſervari atque communicari cum ſingulis doctrinae ſolidioris cupidis, idque tanto magis, quod viam rectiſſimam aperiant ad planiorem veteris geographiae noſtrae Germanicae, a qua lux hiſtorica vel maxime pendet, notitiam.

Alia, quae hic monenda ſint, non habemus. Vale, Lector, & nobis bene precare. Perſcr. Mannhemii Kalendis Maj. MDCCLXXVIII.

CON-

CONSPECTUS OPERIS.

Casp.

HISTO-

HISTORIA
ACADEMIAE
THEODORO - PALATINAE

QUOD boni nobiscum omnes ſperaverant, fore, ut inſtitutum hoc, in quo ulterius deſcribendo verſamur, academicum, bonarum litterarum campis amplificandis unice deſtinatum, ex infantia ſua pededentim eluctetur ad ætatem maturiorem, indeque ad virile quoddam robur denique perveniat, id ad complementum ſuum magis magisque accedere, quotquot hiſtoriæ noſtræ, quæ ſequitur, continuationem attente perlegerint, dum ſingulos annos ſua attuliſſe vel beneficia vel decora intelligent, haud difficulter nobis largientur.

MDCCLXXII.

Schœpflini elogium.

AMISERAT academia anno superiore præsidem suum honorarium, annis & meritis gravem, (a) cujus elogium in proximo inde conventu publico vernali, d. XXII April. Secretarius perp. recitandum suscepit. Merentur hic adduci, ex eodem elogio, vitæ tam illustris quam longæ capita potiora, non tam ad defuncti laudem, qua fuit eritque semper cumulatus, quam ut habeant alii, quod imitari studeant, exemplum parum obvium. Ille autem multarum rerum testis oculatus, de veteri suo patrono, præceptore & hospite ita retulit:

Memini me puerum vidisse Schœpflini nostri patrem septuagenario majorem, quæstoris & judicis olim muniis recte defunctum, virum non annis magis, quam vultus & animi candore venerabilem. Is ex Rœtelana marchionatus Badensis dynastia oriundus uxorem duxerat Colmariensem, eaque ipsa sibi & liberis suis, septem numero, aditum aperuit in Alsatiam. Natu, statura, ingenio & felicitate liberorum maximus fuit, quem lugemus, Jo. Daniel, Sulzburgi, marchionatus Hochbergensis in Brisgovia oppido, anno seculi superioris nonagesimo quarto, die VIII Septembris, in lucem editus.

Pueritia, uti juventus, a ludicris aliena, seris in exercitationibus tota Durlaci & Basileæ transacta est, regentibus eam Iselio maxime atque Bernoullio, celeberrimis tum professoribus. Iselio præside de vexata quadam inscriptione Rom. Tergesti Istriæ reperta, additis ex historia antiqua quæstionibus, publice disputavit. Basilea Argentoratum deductus XVII annorum adolescens novis doctoribus suis, Bartensteinio, Boeclero, Scherzio & disertissimo inprimis Kuhnio mox ita sese probavit, ut hospitem hic suum & comitem vitæ individuum sibi adjungeret. Suasore Kuhnio, ingeniorum æstimatore perquam sagace, cathedram publicam,

(a) Vid. academiæ hujus historia vol. III, pag. 16.

cam, cum oratoriam tum historicam, ter conscendit, omnium applausu. Flagrantissimum discendi docendique ardorem politissimi semper regebant mores, quibus cunctorum hominum amorem & benevolentiam facillime sibi conciliavit; eaque morum suavitas quanto est rarior in iis, qui inter libros adolescunt, tanto magis commendabat & supra communem eruditorum sortem ponebat Schœpflinum nostrum.

Incertus ipse de futuro vitæ suæ genere, incertus de figenda fortunarum suarum sede, Kuhnio suo ex multis candidatis indigenis unus exterus sufficitur, postquam nutricii ac præceptoris sui mortem, habita oratione funebri, quæ cum superioribus typis excusa est, pie deplorasset.

Reticendum non est, quod nesciunt plerique, equestris ordinis proceres seculo XIV jam Argentorati vixisse Schœpflinos, Berghemiis & Kagenecciis, qui adhuc florent, affines; (*b*) at nemo, qui nostrum Schœpflinum novit, nobilissimum vultu & animo fuisse ignorat.

De cathedra, cui per tot annos præfuit, tot ubique testes supersunt, quot superiorum quinquaginta annorum spatio Argentorati studiorum causa versati sunt, Schœpfliniani præprimis nominis celebritate allecti. Habet hæc urbs id singulare, quod a scholæ suæ incunabulis præstantissimos semper historicos & oratores aluerit longa serie, Sleidanum, Sturmium, Junium, Berneggerum, Bœclerum, Obrechtum, Kuhnium, Schœpflinum, aliunde acceptos & accersitos omnes, solum Obrechtum si excipias, qui fuit Argentinensis.

Dici vix potest, nova patria Schœpflino nostro quantum placuerit, cum nullis plane, iisque largissimis pollicitationibus avelli ab ea unquam potuerit. Tertio jam muneris sui publici anno Francofurtum ad Viadrum, inde Petropolim, Upsaliam, Vindobonam, Lugdunum Batavorum, Gœttingam, iterumque

A 2 Vin-

(*b*) Vid. *Alsat. illustr.* tom. II, pag. 667, §. CCCCLXXX.

Vindobonam vocatus eſt, vel ad docendam hiſtoriam vel ad ſcribendam, imo etiam ad inſtituendum, qui nunc feliciſſime imperat, auguſtiſſimum Cæſarem.

Auxerunt famam & exiſtimationem, non, quod aliis multis contingit, minuerunt, itinera literata per cultiores Europæ partes, per Galliam omnem, Italiam, Angliam, Belgium, Helvetiam, Germaniam diverſis temporibus ſuſcepta, in quibus omnibus ita ſeſe geſſit, ut vix regnaverit aut eminuerit vir princeps, ſive togatus ſive ſagatus, doctus aut ſapiens, cui volupe non fuerit vidiſſe noſtrum & audiviſſe Schœpflinum. Hinc tot ſpolia domum reportata, tot donaria accepta, tot amicitiæ, in quibus conſtantiſſimus fuit, contractæ & frequenti epiſtolarum commercio per omnem Europam excultæ. Amiciſſimi in Gallia fuere Stanislaus rex, Armandus Gaſto cardinalis de Rohan, Dageſſavius regni cancellarius, Argenſonius regis adminiſter primarius, Uxellius, Brolius, Conius, Balincurtius, Armantierius, mareſchalli Franciæ.

De Carolo VI imp. Habsburgicæ gentis poſtremo, imaginem ſuam auream gemmis pretioſis coruſcantem miſiſſe ei per Bartenſteinium, veterem amicum, conſtat. Conſtat, a Ludovico XV rege brevi poſt ornatum eundem eſſe honorificentiſſimo conſiliarii & hiſtoriographi regii diplomate, absque ullo inter provinciales regni exemplo. Conſtat porro, magni hujus regis munificentia ſtipendium dein acceſſiſſe haud minus gratioſum, idque in Alſatia æque perrarum.

Alſatiæ, quod modo dictum eſt, nomen revocat nobis in memoriam herculeum illud opus, (c) quo ſolo, ſi nihil aliud laude dignum feciſſet, auctor mortalis immortalitati certiſſime fuiſſet adſcriptus. Minor longe ingenii Schœpfliniani partus, ſed Argentorato cariſſimus eſt liber iſte, quo artis typographicæ intra muros

(c) *Alſatia illuſtrata, Celtica, Romana, Francica, German. Gallica,* volumina II. fol. Colmariæ 1751 & 1761.

muros ejus inventæ gloriam novis iisque invictis documentis vindicantur. Regerant quidquid velint, sive Moguntini sive Harlemenses, mansuram Argentorato apud æquos rerum judices hanc utilissimi inventi gloriam esse, persuasissimum habemus.

Commentationes & dissertationes supra viginti, antiquarias maxime & historicas, vel in Academiæ regiæ inscriptionum commentariis, vel in peculiari volumine collectas atque publicatas novimus. Panegyricos totidem Ludovico XV dictos, cum aliis opusculis oratoriis Augustæ Vindelicorum nuper recusos vidimus.

Inexhausti in primam patriam amoris monumentum, omni ære perennius, reliquit, Historiam Zaringo-Badensem, septem voluminum opus, a septuagenario sene, mirabile dictu, uno fere triennio absolutum. Habet itaque terra Badensis commune cum Alsatia decus, absque ullo livore. Illa dedisse, hæc accepisse, illa de populari, hæc de cive peræque gloriatur & gaudet.

Eodem in natale solum & in civitatem Basiliensem, ubi primos studiorum annos exegisse diximus, pietatis affectu factum est, ut cum gravis de finibus controversia Rœtelanos inter & Basilienses exarsisset, in mutuas facile cædes eruptura, arduum conciliatoris officium in se susceperit, admirabili successu. Oraculi instar iras & discordiam omnem facillime extinxit. Tantum valet bonorum auctoritas inter bonos.

Schœpflinum ad præclara quævis natum & factum omnino fuisse, testem denique habemus ipsam academiam hanc Palatinam, & conditorem ejus augustum, sanctissimum Principem Electorem Carolum Theodorum, qui in causa tam illustri prudentia & consiliis ipsius vel maxime uti voluit; non aliter, quam magno Leibnitio usus olim est primus Borussiæ rex in creanda inclyta, quæ adhuc Berolini floret, scientiarum academia. Institutum autem novum quo felicius procederet, oblatum sibi gratiosissime præsidis hon. locum non recusavit senex venerandus, qui nihil antiquius unquam habuit litteris. Juvandis & stabiliendis iisdem in Belgio, posthabitis ætatis suæ & viæ satis longæ periculis, non semel

Bruxellas excurrit. Quaterdecies ad nos accessit Mannhemium, vacuis nunquam manibus, boni parentis instar, qui exemplo, quam auctoritate, præire mavult. Præivit feliciter, eo sane eventu, ut quum ab initio collegium novum decoris multum a præside suo accepisset, præsidem ejus esse hic ipse mox præclaro sibi honori duceret. Legit, dixit, docuit non aliter quam si ab omni alio nexu & officio immunis, Apollini Palatino unice fuisset devinctus. Ita egit, vixit Schœpflinus, ita mortuus est.

Sanus quidem & vegetus quinquagennalia cathedræ suæ Argentinensis sacra celebrari viderat, rara felicitas! Subsecuta mox ex viscerum abdominalium obstructione & pulmone labefactato febricula catarrhalis; qua non obstante mense Majo anni sup. ad nos rediit postremo. Morbo denique hoc lento exhaustus magis quam fractus, immoto animo, placidissime exspiravit d. VII Aug. quum in eo jam esset, ut annum ætatis suæ LXXVII absolveret. Contremuit hoc mortis nuntio, veluti palladio erepto, quæ brevi ante præ gaudio exultaverat, civitas. Decernit ei supremos, quos poterat, honores funebres & corpus exanime insueta pompa in templo D. Thomæ, non in cœmeterio publico, ad quod universi mortui à duobus seculis deferri jubentur, primo inter cives exemplo terræ mandat. Habet tamen Argentoratus jacturæ suæ quantumvis ingentis solatium; thesaurum litterarium omnem, longa vita, multo labore, maximis impensis collectum, ac seris profuturum posteris.

Sed & nobis divino beneficio solatium superest longe maximum, salvo & sospite, qui musas nostras tuetur, Principum optimo. En postrema Schœpflini moribundi, quæ scribi voluit, suspiria:

„ Ich nehme die Freiheit Ihro Churfürstliche Durchleucht
„ von der Pfalz, den grossen Carl Theodor, den wahren Beschützer
„ aller Künste und Wissenschaften, unterthänigst zu bitten, Er
„ wolle die von Ihme eingeführte Churfürstliche Academie der
„ Wissenschaften mit seiner höchsten Gunst und Wohlgewogenheit
„ ferners begnadigen, damit dieselbe in ihrem Flor bestehen möge.

Aca-

Academia, tanti sui amici memoriam nunquam depositura, præter cetera, quæ eam interire vetant, monumenta nummum peculiarem fieri decrevit, cujus pars anterior caput & nomen senis venerandi, posterior simplicem in corona laurea offert epigraphen. Icon nummi postremam hujus voluminis paginam claudet.

Quæstio Historica

In conventu publico autumnali, d. XXII Octobris habito, sub examen vocatæ sunt dissertationes, decem numero, præmii causa scriptæ ad quæstionem genealogicam, quæ sequitur, biennio ante publicatam:

Quinam fuerunt Ottonis cognomento majoris, Palatini Bavariae comitis de Wittelsbach, an. 1180 ad ducatum Bavariae promoti, majores seu progenitores, serie certa ex monumentis fide dignis per singulas generationes, quantum fieri potest, eruendi atque deducendi.

Aderant responsa quædam insigni doctrina & judicio conspicua. quibus pars genealogiæ hujus prima, a Luitpoldo marchione usque ad Bertoldum II ducem, tumque Ottonis I comitis Schirensis progenies & posteritas optime expositæ videbantur, remanente hiatu centum annorum intermedio, qui a nullo ea, qua debebat, cura, multo minus eo, qui sperabatur, successu expletus est. Differri præmium, non auferri, senatus acad. voluit, donec in explendo isto genealogiæ intervallo, ab an. 956 usque ad an. 1060, ad veritatem historicam propius quis accesserit. Eventum rei infra ad an. MDCCLXXIV docebimus.

Oratio votiva

Ad diem Carolinum vota academiæ pro sanctissima Principis conditoris & statoris nostri salute repetita sunt more solito, verbis præeunte Casimiro Hæffelino, qui de litterarum & artium studii cum felicitate publica, in Palatinatu præsertim, nexu arctissimo Gallice simul disseruit. Oratio typis academicis excusa. (*d*)

MDCCLXXIII.

(*d*) *Discours sur le rapport des sciences et des arts avec l'etat politique ou de l'influence des lettres sur le bien general d'une nation et en particulier sur celui du Palatinat 4°.*

MDCCLXXIII.

Socii novi

DIE XVI Aprilis celebratus eſt conventus publicus vernalis, in quo poſt alios ſocii honorarii cooptari voluerunt Auguſti noſtri Mæcenates duo, conſiliorum & curarum ejus in regundis populis vel maxime participes, viri tum generis tum dignitatum ſuarum ſplendore excellentiſſimi:

FRANCISCUS ALBERTUS baro de OBERNDORFF, cubicularius Elect. inclyti ord. Leonis Palat. eques, adminiſter ſtatus, curiæ aulicæ præſes & præfecturæ Boxberg. ſatrapa.

JO. LUDOVICUS comes de GOLTSTEIN, celſiſſ. ordinis Elect. S. Huberti eques, Juliacenſis & Montani ducatuum proprinceps, brevique poſt adminiſter ſtatus Elect. Palat.

In ordinariorum claſſe ampliſſ. Harſchero, academiæ quæſtori meritiſſimo, multis aliis negotiis impedito, tum quoque ſuffectus eſt GASPARUS FRID. GÜNTER, regiminis archipalatini, ut & ſupremæ provocationum curiæ, conſiliarius graviſſimus.

Deinde cum Harſchero in ſociis extraordinariis collocati ſunt:

FRIDERICUS SAMUEL de SCHMIDT, Bernas, ſereniſſimi Marchionis Badenſis conſil. legationum intimus, Francofurti degens.

JO. WILHELMUS WALLOT, Palatino-Oppenheim. ſtudiis mathematicis, aſtronomicis maxime, Lutetiæ Pariſ. clarus.

LUDOVICUS MAUDUIT, mathematum in metropoli Gallorum prof. & lector regius.

Accidit deinde, magno academiæ bono, ut eidem alter præſes honorarius præficeretur, excellentiſſimus ſtatus adminiſter, OBERNDORFFIUS baro, quem ſociis honor. annumerari voluiſſe modo diximus. Datum hac de re eſt ad academiam reſcriptum Electorale d. II menſis Auguſti.

Ac-

Dotatio academ.

Accessit mox beneficium longe majus, societati bene constitutæ quod unicum deesse videbatur, dos lautissima, qua providi patris filiæ suæ recte prospicientis instar Carolus Theodorus, princeps magnanimus, academiam hanc, opus suum, futuris quoque temporibus securam reddidit; conditio sane prærogativa, qua præter regias paucas & imperialem Petropolitanam Europæa academia literata vix ulla gaudet. Incidit lætissima hæc epocha in Kalendas Septembres.

Convent. publicus autumn.

Quæ cum ita sint, decennalia sua prima subsecuto mox in conventu publico autumnali, d. xx Octobris, academiam pietate si non majori, majori certe alacritate celebrasse atque fiducia, nemo dubitat. Ut enim initia plurimum difficultatis & metus habere solent, ita prosperis institutorum successibus vis quædam erigendis roborandisque animis inest mirabilis. Senatus academicus tantæ largitatis memoriam ut posteris commendaret, nummum augusto protectori suo ante triennium jam dicatum, (e) elegantius recudi fecit, sistentem una parte caput laureatum cum perigraphe: CAR. THEOD. MVSAGETES PALAT. altera vero noctuam columnæ firmissimæ fragmento insidentem cum inscriptione: SECVRITAS, & in segmento literis minusculis: ACAD. EL. SCIENT. MDCCLXXIII.

Ne dies academiæ vere festivus sine cooptatione quadam illustri transiret, cooptatus est socius honorarius, reverendiss. & excellentiss. S. R. I. abbas in Kaisheim, COELESTINUS ANGELSPRUCKER, S. Cæs. Maj. consiliarius & capellanus hereditarius, serenissimi Principis Electoris Palat. a consiliis secretioribus, inclyti ordinis Elect. S. Elisabethæ eleemosynarius, nec non sacri & exempti ordinis Cisterc. per Sueviam & principatum Tirol. vicarius generalis.

(e) Cujus ectypum ex ære inciso refert frons historiæ academicæ volumine præced. exhibitæ.

Quæstio botan.

Quæstio in eundem consessum ante biennium botanica publicata fuerat:

„ *Quaenam sunt in filicibus essentialia utriusque sexus attributa,* „ *in equisetis praesertim*, arvensi *et* palustri, *in osmunda* regali *et* „ *in pteri* aquilina *Linn.* ubi argumentis validis experimentisque „ decretoriis aut comprobandus aut evertendus earum pulvisculus „ in globulis seu cavitatibus contentus, cum declaratione, verene „ germinet aut germinare possit sine fœcundatione.

Nonnemo, propter quæstionis difficultates, longiorem respondendi moram petierat. Concessa quidem hæc mora, sed absque spe præmii soliti majoris. Tempus responsuris, præmium sibi liberum esse voluit senatus.

Oratio votiva

Ex instituto jussuque academiæ Nebelius d. VIII Nov. orationem votivam habuit Latine, ubi pristinum literarum in Palatinatu Rheni statum, & universitatis potissimum Heidelberg. fata per longam principum electorum, sub quibus floruit, seriem exposuit.

Sub finem ejusdem anni CHRISTIANUS MAYER, astronomus Elect. matheseos & physices experiment. prof. Heidelberg. sublata paulo ante, cui addictus fuerat, societate religiosa sociis extraordinariis academiæ hujus annumerari cœpit.

MDCCLXXIV.

Convent. publicus vernalis

EXAMINATIS quatuor ad prorogatam anni LXXII quæstionem genealogicam responsis tertium numero, cui symbolum erat, *Debemus patriae*, præstare quidem ceteris, at quæ tum desiderabantur, nondum plane subministrasse inventum est. Visum tamen præmium aliquod diligentiæ decernendum esse auctori, penuriam documentorum seculi X recte dolenti. Decretus est nummus aureus, idem, quem musis Palatinis, Apollinis sui tutela securis, nuperrime cusum esse diximus. Acta hæc in consessu publi-

publico vernali d. xxiii Aprilis, manente auctoris nomine tecto, donec id ultro prodiderit ipse, ut præmium acciperet. Hic autem anonymus neque præmium illud accipere, neque revelari nomen suum se velle, scripta brevi post epistola declaravit.

Nuptiæ festivæ

Quæ d. xii Febr. hujus anni Dresdæ celebratæ felicissime fuerant nuptiæ serenissimi comitis Palatini, Caroli Augusti, cum Maria Amalia Saxonica, Palatinos quidem omnes summo gaudio affecerunt, at neminem magis, quam academiæ hujus sodales, cum propter publicam suamque felicitatem, quam ad secula nova propagari cupiunt, tum vero propter junctos fœdere, heroum filios, quorum alter societati academicæ ipse adscriptus, alterius adscripta est mater. Unde temperare sibi collegium doctum non potuit, quin oratorem lætitiæ communis interpretem designaret, nummoque cuso ejusdem memoriam ad posteros transmitteret. Orator Hæffelinus ea, qua præstat, facundia de Saxonum in re litteraria meritis, quæ summa sunt, in eodem, quem diximus, consessu publico Gallice peroravit. (f)

Nummus, ex auro & argento cusus, serenissimorum conjugum capita jugata ostentat, & in parte aversa templum octo columnarum cum insignibus Palatinis in fronte conspicuis, infra quæ nomen augustum Caroli Theodori, Patris Patriæ, isti quippe fœderis, ut Domus suæ æternitati prospiceret, verissimi auctoris, inscriptum legitur. Perigraphe est: PERENNITATI DOMVS AVG. & in segmento notatio temporis: d. xii Febr. MDCCLXXIV. Iconem nummi hujus offert prima ipsius, quam scribimus, historiæ academicæ pagina. Subjungimus litteras de acceptis utriusque monumenti, orationis nempe habitæ & nummi aurei, exemplis ad academiam deinceps gratiosissime scriptas:

(f) *Discours sur l'etat des Lettres en Saxe à l'occasion du mariage de LL. AA. SS. Monseigneur le Prince Charles Auguste Comte Palatin du Rhin etc. et de Madame Marie Amalie, Duchesse de Saxe etc. 4o.*

Meine Herren!

„Die meiner Gemalin und mir zugeschickten Denkmale
„ Ihrer patriotischen Aufmerksamkeit bey Gelegenheit Unserer
„ Vermählung haben wir mit dem empfindlichsten Vergnügen
„ erhalten. Seyen Sie dagegen Unserer besonderen Erkenntlich-
„ keit versichert, und so, wie Ich, vor meine Person mir es
„ zur Ehre rechne ein Mitglied Ihrer vortreflichen Gesellschaft
„ zu seyn, so wird jede Gelegenheit meinen Wünschen zusagen,
„ wo Ich dem erhabenen Endzweck Ihrer Stiftung entgegen
„ gehen, und Sie von jener ohnbegrenzten Hochschäzung über-
„ zeugen kann, mit welcher Ich ohnabänderlich zu seyn ge-
„ denke,

Dero

Neuburg
den 24ten Octobris
1774.

bereitwilligster
CARL PFALZGRAFF.

Quæstio hist. Quæstio in hunc annum præmio exposita fuerat his verbis:

Comites Palatini Rheni cur de Rheno *appellati sint vel* ad Rhenum, *ubi quasnam Rheni partes, inferiorem an superiorem, an utramque, comitiva ipsorum palatina comprehenderit, curatius disquirendum.*

Unicum quum adesset responsum, idque satis leve, de præmio decernendo sermo nullus institui potuit. Declarata hæc sunt in conventu publico autumnali d. XV Oct. quem secretarius brevi oratione de mutanda subinde docendi in scholis discendique ratione, pro mutata temporum hominumque conditione, aperuit.

Oratio votiva. Votorum academicorum pro Caroli Theodori, optimi Principis, salute quotannis repetendorum interpres suo nunc ordine fuit

fuit Frid. Casim. Medicus, cujus oratio d. v Nov. habita, typisque academicis mox in lucem publicam emissa est. (*g*)

MDCCLXXV.

Consessus extraord.

CONSESSUS festivus extraordinarius, ob exoptatissimum Principis nostri tutelaris ex trimestri itinere, Romam suscepto, reditum habitus est d. XI Februarii: ubi tum summam itinerum in artibus & bonis litteris utilitatem, ad augendam & stabiliendam felicitatem publicam, tum vero novissimum illum in Italiam excursum graphice depinxit Hæffelinus. (*h*).

Socii novi.

Insigniri porro placuit consessum hunc duplici, eaque illustrissima inter socios honorarios cooptatione, Principis nempe Palatini magnæ spei, atque optimatis Romani. Est ille serenissimus MAXIMILIANUS JOSEPHUS, Comes Palatinus Rheni, Bavariæ, Juliaci, Cliviæ & Montium dux &c. alter vero STEPHANUS BORGIA, Veliternus, utriusque signaturæ in urbe Roma referendarius, inquisitionis supremæ consultor, examinis episcoporum & congregationis de propaganda fide secretarius &c.

Miserat ad conventum publicum, d. XXII April. celebratum, is, qui biennio ante longiorem respondendi moram petierat, (*i*) anonymus disquisitionem botanicam, vernaculo sermone scriptam, cum hoc symbolo: *neglectis urenda filix innascitur agris;* qua diligenter examinata apparuit, auctorem multo labore plantæ, de

 qua

(*g*) Hoc rubro: *Von der Lebenskraft. Eine vorlesung bei gelegenheit des höchsten namensfestes Sr. Kuhrfürstl. Durchleucht von der Pfalz* &c. 4°.

(*h*) *Discours de l'influence des voiages sur les progrès des arts, lû à l'occasion du voiage de S. A. S. Elect. Palatine en Italie* &c. 4°.

(*i*) Vide supra pag. 10.

quia quæstio erat, sexum oculis armatis quæsivisse, at festinanter nimis arripuisse similia vero pro veris.

Exteris academiæ sodalibus adscriptus est mense Majo Jo. BAPT. CASP. D'ANSSE de VILLOISON, academiæ regiæ inscriptionum & humaniorum litterarum, quæ Lutetiæ Paris. floret, socius ordinarius, vir juvenis, uti editis singularis doctrinæ speciminibus, ita amico in musas nostras animo in paucis conspicuus.

Convent. publicus autumn.

Successerat lætitiæ publicæ de felici Principis nostri ad populos suos reditu metus & trepidatio summa, quum is sub finem mensis Maj. morbo tam subito quam atroci corriperetur; ita ut uno tum ictu perituri plures viderentur. Avertit ictum clementia divina; cujus beneficii longe maximi memoriam recoluit secretarius in conventu autumnali d. XXVIII Octobris, ubi ex anteactis atque præsentibus ad altiora providentiæ, quæ omnibus præest, decreta erigere animos docuit, ut cum vita mitissimi patris patriæ longæva seculum novum, Carolino-Theodorianum, pace, ubertate, doctrina, bonis artibus felicissimum, nobis ac posteris nostris auguremur.

Quæstio physica

Actum in eodem consessu est de responsis, præmii causa traditis, ad problema hisce conceptum verbis:

Cum sint astronomi illustres, qui barometri altitudines et vicissitudines eadem, qua eclipses solares et lunares, certitudine prospici ac determinari posse asserunt, ad novum hujus rei calculum indagandum et communicandum omnes rei periti praemio 50 ducat. invitantur.

Aderat inter alia responsum cum hoc lemmate Kepleriano: *astronomia subordinatam habet meteorologiam;* cujus auctor rectam quidem ad plenam quæstionis solutionem viam iniisse videbatur, eam tamen à se nondum solutam esse ipse fatebatur. Is nempe altitudines medias barometri ejusque variationes, nec non variationum harum limites cuivis locorum latitudini convenientes investigavit, adductis exemplis & regulis a varia solis altitudine

pen-

pendentibus, quas si experientia confirmatas haberemus, notæ quoque forent ubique locorum mediæ barometri altitudines, una cum quantitate variationis, id quod insignem in physica & astronomia utilitatem haberet.

Oratio votiva

Festi Carolini gaudia uno die præripiens societas academica Neckerum, oratorem nunc ad hunc actum constitutum, pia pro perenni serenissimi conditoris ac protectoris nostri salute vota fundentem, nec non de variis curiosorum naturæ indagatorum circa animalcula infusoria opinionibus Gallice disserentem audivit.

MDCCLXXVI.

Convent. publicus vernalis

Quod Palatinis anno superiore minatum fuerat fulmen, mox Bipontinos percussit, sublato & extincto duce, Christiano IV, (k) qui secundum justitiæ & æquitatis leges fortiter sapienterque apud eos regnaverat. At tempestatem hanc in eodem ducatu excepit cœlum tam beneficum, ut cum Bipontinis reliquos omnes Palatini nominis cives jucunditate sua mirifice refecerit. Prodiit nimirum ex iisdem nuptiis, quas Carolus Theodorus Elector paraverat, (l) Boico-Palatini sanguinis nova propago, duorum Fridericorum, quorum alter Germanicæ libertatis vindex, alter Saxoniæ delicium fuit, magnus nepos. (m)

Socii novi.

Revolvi hæc animo pietas academica jubebat d. XX April. in consessu publico, quo proclamati porro sunt socii honorarii duo, d. XI Nov. anni superioris jam electi, celsissimi S. R. I. Principes:

FRI-

(k) D. V Nov. 1775, anno ætatis LIII cum duobus mensibus.

(l) Vide supra pag. 11.

(m) Carolus Aug. Fridericus nat. die 2 Martii.

FRIDERICUS OTTO, Princeps hereditarius in Salm-Kyrburg, comes silvestris in Dhaun, Rheni comes in Rhingrafenstein, comes Rennenbergæ & dominus Vinstingæ, inclyti ordinis Elect. S. Huberti eques.

MARTINUS GERBERTUS, monasterii & congregationis S. Blasii in silva nigra abbas, editis multis vastissimæ eruditionis operibus reip. literariæ decus insigne.

Sed & extraordinarios ad socios tunc primum accessere:

LUDOVICUS AURELIUS comes SAVIOLI, cubicularius & vestiarii Electoralis custos primarius, instituti Bonon. socius.

PHILIPPUS LUDOVICUS de KOCH, intimus & regiminis archipalat. consiliarius, præfecturæ Alcejanæ prætor, in re antiquaria, numismatica præsertim, egregie versatus.

JO. ADAM GRÜSNER, Principum Salmensium in Kyrburg consiliarius aulicus, rei diplomaticæ & genealogicæ studiosissimus.

HIERONYMUS DAVID GAUBIUS, Heidelberg. Principis Nassavio-Arausi. Belgii fœderati gubernatoris archiater.

JO. DAVID HAHN, Heidelberg. in primaria Belgarum unitorum universitate, Lugdunensi, praxeos medicæ prof. publ.

FRIDERICUS ADAM WIDDER, Mannhemiensis, Groningæ Omlandicæ philosophiæ prof. ord.

Honorariis insuper brevi post (d. XVIII Maj.) annumerari voluit vir excellentiss. FRIDERICUS CAROLUS baro de HOMPESCH in Bollheim, administer. status Elect. Palat. inclyti ordinis Leonis Palat. eques, rei venaticæ & silvaticæ ducatus Juliac. præfectus, musarum amicus & fautor eximius.

Additus est peculiari Pincipis Electoris rescripto, III Kal. Aug. Suezzingæ dato, socius ordinarius, supra numerum legibus definitum, GOTTHOLD EPHRAIM LESSING, sereniss. ducis Brunsvico-Luneburg. à consiliis aul. & biliotheca, vir ingenii sui felicitate & eruditionis amplitudine percelebris.

Con-

Quæstio hist. & præmium

Conventus publicus autumnalis hoc anno celebratus est d. XXIII Octobris, decreto præmio memorabilis, ad quæstionem biennio ante publicatam:

Germania omnis ab antiquissimis temporibus in pagos suos descripta cum fuerit, et haec geographica ipsorum ratio maximam partem à seculo XII desierit, quaeritur de causis praecipuis hujus pagorum interitus, in nostra potissimum Germania Rhenensi.

Comparuerant præmii candidati quinque, in quibus prævaluit, judicum omnium suffragiis, numero postremus, hoc usus symbolo: *Verborum vetus interit aetas.* Resignata schedula, quæ nomen ejus tegebat, victor apparuit HECTOR WILHELM de GUNDERRODE, regiminis & curiæ aul. marchionatus Badensis assessor nobilis. Scriptum ejus historiæ nostræ academicæ paulo post subjungimus.

Oratio votiva

D. IX Nov. academia, vota pro munificentissimi statoris sui vita & salute perenni Deo persolvens, interpretem votorum & oratorem habuit Gasparum Fridericum Günter, quæstorem suum, qui varia simul dignitatis electoralis Palatinæ fata & vicissitudines exposuit ex documentis authenticis, cum quibus dissertatio hæc præstans infra in lucem publicam prodit.

PREISSCHRIFT

Von den vornehmsten ursachen, welche den verfall der geographischen einteilung des Teutschen reichs, besonders der Rheinischen länder, in gauen, veranlasset haben.

Durch

HECTOR WILHELM VON GÜNDERRODE.

§. 1.

Ursprung und absicht der einteilung Teutschlandes in gauen.

SCHON in den ältesten zeiten war Teutschland in gewisse kleine districte eingetheilt, welche *pagi* oder gauen genannt wurden. (*n*) Diese abteilung stund aber mit der damals auf einen sehr wenig festen fus gesezten regierungsverfassung der Teutschen völker in keiner besondern verbindung. Unter den Merovingischen königen der Franken wurden die gauen mehr und hauptsächlich ein politisches institut, da ihre gerichtssprengel der in selbige von den königen verordneten beamten, und in diesem betracht von dem siebenten jahrhundert an, (*o*) bis in das zwölfte, auch *comitatus* ge-

(*n*) *Tacitus de morib. Germanor.* c. 15. *Cluver. German. antiq.* L. 1, c. 13, §. 8.

(*o*) Merkwürdig ist eine urkunde des königs Dagoberts, in welcher die geographische und politische absicht der gauen von einander unterschieden werden: Es schenkte nämlich dieser könig dem hochstift Worms „ omnes res juris sui *in pago* Lobedunburg, excepto stipe & *comitatu*. „ *Schannat histor. episcop. Wormat.* T. 1, p. 309.

genannt wurden. (*p*) Es sezten nämlich die könige in jeden, zuweilen auch in mehrere gauen zusammen, einen grafen, der in ihrem namen recht zu sprechen, für eintreibung ihrer einkünfte zu sorgen, auch die bewohner des gaues zum krieg aufzubieten und in demselben anzuführen hatte. (*q*)

§. 2.

Von dem verfall der einteilung Teutschlandes in gauen, überhaupt.

Die gauen, als eine politische abteilung betrachtet, mussten also abkommen, sobald die grafen nicht mehr königliche in selbige gesezte beamte waren, sondern sich zu landesherren gemacht hatten; weil dadurch der endzweck derselben gänzlich hinwegfiel. Dem ohngeachtet hätten sie als eine geographische einteilung Teutschlandes, und als eine benennung gewisser districte, noch immer beybehalten werden können. Dieses geschah aber nicht, sondern bald nach dem gelegten grund der herzoglichen und gräflichen landeshoheit in Teutschland, nämlich in der mitte des zwölften jahrhunderts, kam diese einteilung des Teutschen reichs dergestalt in vergessenheit, dass man sie in den urkunden fast gar nicht mehr, ausser in einigen bestättigungsbriefen alter privilegien und schenkungen, nennen hört. (*r*) Die ursachen dieser aufhörenden geographischen abteilung der Teutschen, besonders der am Rhein gelegenen provinzen in gauen,

 sol-

(*p*) Der verfasser des lebens des bischofs Meinwerc von Paderborn, welcher sich meistens der worte alter urkunden bedient, schreibt: „De „ comitatibus super pagos Patherga, Aga — „ *Leibnitz* T. I *rerum Brunsvic.* p. 520.

(*q*) *Marculf. formul.* cap. 8. *Eckardt* T. I *rer. Franc.* lib. XXIII, §. 10.

(*r*) *Chronicon Gottwicense* Prodrom. P. II, lib. IV, p. 530. *Schoepflini Alsat. illustr.* T. II, p. 127.

follen zu beantwortung der von der hochlöbl. Churpfälzischen academie der wissenschaften, auf das jahr 1776, zu untersuchen vorgelegten preisfrage in dieser abhandlng aufgesucht und erläutert werden.

§. 3.

Allgemeine ursache des verfalls der einteilung Teutschlandes in gauen.

Der hauptgrund des verfalls der geographischen einteilung Teutschlandes in gauen, ist in der durch die erlangte erblichkeit und landeshoheit der weltlichen und geistlichen stände, und überhaupt durch ihre zunehmende macht, in dem eilften und zwölften jahrhundert, entstandenen beträchtlichen veränderung der Teutschen staatsverfassung zu suchen. (*s*) Dieses zu erweisen, will ich zu erst darthun, dass die veränderung mit der macht der stände, und hauptsächlich mit der erblichkeit der herzoglichen und gräflichen würden, und die mit den gauen, fast auf die nämliche art und zu gleicher zeit geschehen sey. Wenn man in einigen urkunden, noch nach festgesezter erblichkeit der meisten reichsämter, spuren der gauen findet, so bemerke man nur 1) dass nicht in allen gauen und zu gleicher zeit sich die grafen erbliche würden verschafften. 2) Dass die gauen nicht durch eine allgemeine verordnung, sondern blos nach und nach abgeschafft worden seyen, und dass dieses folglich meinen satz nicht entkräften könne. Da die Teutschen monarchen die gräfliche würden gern bey einer familie liessen, wie unter andern die von dem

(*s*) *Henr. Meibom* hat schon eine ähnliche bemerkung gemacht, denn er schreibt in seiner abhandlung *de pagis*, in tom. III *rer. German.* p. 97. „ Appellatio pagorum desiit circa annum MC, cum pagi in ducatus, „ landgraviatus & burggraviatus migrarent ac hæreditario iure possideri „ inciperent. „

dem herrn hofrath Lamey entdeckte reihe verſchiedener Rheiniſchen grafen beweiſet, (*t*) und da die grafen ohnehin meiſtenteils in den ihnen anvertrauten diſtriften beträchtliche ſtammgüter beſaſſen, ſo muſte hierdurch um ſo mehr nach und nach eine erblichkeit und aus dieſer der anfang der landeshoheit entſtehen, (*u*) als in dem eilften jahrhundert die Teutſchen kaiſer, dadurch daſs ſie ihr bis dahin einiger maſſen gehabtes erbrecht ganz und gar verloren (*x*) ſowohl als durch verſchenkungen groſſer güter ſehr geſchwächet, und durch die innerliche kriege, welche ſie zu ende des eilften jahrhunderts führen muſsten, auſſer ſtand geſezt wurden, ihre rechte gegen manche ſtände zu handhaben. Es wurden zwar dieſe innerliche unruhen groſſen teils durch den von Heinrich v mit den ſtänden im jahre 1121 zu Würzburg geſchloſſenen frieden, in welchem ausgemacht wurde, daſs das, was dem königlichen fiſco entzogen worden war, demſelben wieder erſezt werden ſollte, beygeleget; allein da in dieſem frieden auch die handhabung bey den erbgütern bedungen, (*y*) und die gewalt der kaiſer immer ſchwächer wurde, ſo konnten manche ſtände, deren familie eine würde lange beſeſſen hatte, ſelbſt aus dieſem frieden einiges recht auf dieſelbe herleiten. Daſs dieſes geſchehen ſey, lehret wenigſtens der erfolg, da in dem zwölten jahrhundert unzählige erbliche grafſchafften vorkommen.

(*t*) *Hiſtor. et comment. acad. Electoral. Theodoro-Palat.* T. II, p. 182.

(*u*) S. auch *Strubens nebenſtunden* 4. theil, 22. abhandl. §. 22.

(*x*) *Bruno de bello Saxonico* beym *Freher* T. I *rer. Germ.* p. 134 ſeq.

(*y*) „ Unde quia multa, quæ tunc ibi (Herbipoli) magnanimiter diſpoſita „ ſunt, enarrare longiſſimum eſt, tantum, quæ etiam cauſa maxima „ eiusdem conventus fuerat, huc annotare ſufficiat, atque pacem firmiſſimam, & ab omnibus univerſalem ſub vitæ periculo legaliter inſtitutam, *regalia vel fiſcalia regno . . haereditates haeredibus*, omnique perſonæ vel conditioni propriam adiudicatam eſſe iuſtitiam. „ *Conradus Urſpergenſ. Chron.* p. m. 265.

§. 4.

Dass die gauen zu gleicher zeit, mit entstehung der gräflichen würden, in abgang kamen, wird 1) mit dem beyspiel von Elsas erwiesen.

Um dieses alles deutlicher zu machen, und auf die geschichte der gauen anzuwenden, will ich zwey beyspiele anführen. In denen das Elsas und die anliegende provinzen betreffenden urkunden, kommen die gauen im achten, neunten und zehenten jahrhundert sehr häufig vor; dass aber damals die grafschafften noch nicht erblich waren, (z) ist bekannt. Erst zu ende des eilften jahrhunderts scheinet im Elsas der grund zu der erblichkeit der gräflichen würden gelegt worden zu seyn: denn noch im jahr 1070 wurden die söhne der grafen, noch nicht grafen genannt, (a) da hingegen in einer urkunde vom jahr 1105 folgende worte vorkommen: „Hermentrudis filia Guillermi comitis „de Burgundia . . voluntate filiorum meorum Friderici & Theo„dorici comitum Montisbelicardi „ (b) und im jahr 1157 erkannte der kaiser Friderich 1 selbst die erblichkeit der dasigen grafschafften, indem er in einer urkunde sagte: „*In comitatu* præ„dicti quondam Eberhardi, nunc autem *haeredis sui* Hugonis. „(c) Zu ende des eilften jahrhunderts kommen zwar noch die gauen in

(z) „Otto (rex) episcopo magnam consolationis revelationem faciens de „Dietpaldo fratre eius, qui in bello occisus est, Richwinum, filium „Dietpaldi, comitatibus patris honoravit. „ *Gerardus in vita S. Udalrici* c. 12, §. 44. *Hahns einleitung zur Teutschen reichshistorie* 2. theil, s. 98. *H. W. von Günderrode abhandlung von der Teutschen staatsverfassung unter der regierung Ottos* 1. 3. buch, §. 25, s. 139 u. f.

(a) „*Folmaro* comite & filio eius Hermanno „ heisset es in der urkunde v. j. 1070 in *Schoepflini Alsat. diplomatica* P. 1, p. 174.

(b) *Schoepflin* l. c. p. 184.

(c) *Schoepflin* l. c. p. 238.

in verschiedenen Elsasischen urkunden vor; wie aber noch in der ersten hälfte des zwölften jahrhunderts die grafen die völlige erblichkeit erlangt hatten, that man der gauen nur sehr selten, und meistenteils blos in kaiserlichen und päpstlichen urkunden meldung; und unter allen mir bekannten Elsasischen diplomen ist kein neueres, worinn die pagi genannt werden, als eine päpstliche bulle vom jahr 1183. (*d*)

§. 5.

Ein gleiches wird 2) von Lothringen erwiesen.

In keiner Teutschen provinz wurden die grafschafften eher erblich als in Nieder-Lothringen. (*e*) Denn obgleich die dasige herzoge, vermuthlich noch im eilften jahrhundert, keine völlige erblichkeit erlangt hatten, (*f*) und die Teutsche monarchen denjenigen, welche gauen ohne den geringsten schein des rechts an sich ziehen wollten, sich mit nachdruck zu wiedersetzen bemühet waren; (*g*) so war doch in Flandern (*h*) und in andern graf-

(*d*) *Schoepflin* l. c. p. 278 seq.

(*e*) *Chronicon Gottwicense* prodr. lib. IV, p. 530.

(*f*) *Lambertus Schaffnab.* ad an. 1044. *Hermannus Contract.* ad an. 1044 & 1046.

(*g*) „ Rex - pagum quendam, quem Theodoricus marchio sibi usurpa-„ verat, ab eo eripuit, unde idem postea rebellionis causam sumpsit. „ *Hermannus Contractus* ad. an. 1045.

(*h*) „ In comitatu Balduini eiusque familia, id multis iam sæculis serva-„ batur, quasi sancitum lege perpetua, ut unus filiorum, qui patri po-„ tissimum placuisset, nomen patris acciperet, & totius Flandriæ prin-„ cipatum solus hæreditaria successione obtineret. „ *Lambertus Schaffnaburg.* ad an. 1071.

grafschafften in der dasigen gegend (*i*) schon in der mitte des besagten jahrhunderts, eine ordentliche selbst von den Teutschen kaisern anerkannte (*k*) erbfolge hergebracht, welches unter andern auch die schon im jahr 1035 von den grafen von Salm, (*l*) und im jahr 1066 von den grafen von Flandern gebrachte (*m*) beynamen beweisen. Man findet aber auch in den Lothringischen urkunden gar früh keine spuren der gauen mehr, und man wird wohl keine viel neuere Niederländische urkunden, die bestättigungsbriefe alter privilegien ausgenommen, in welchen die vormalige gewöhnliche formeln beybehalten wurden, finden, in denen der gauen meldung geschieht, als die von den jahren 1063 und 1064, in welchen der pagus Atrebatensis, Hainau und Brabantensis genannt werden. (*n*) Um die nämliche zeit fieng man schon an in den Niederlanden ganze grafschafften (*o*) und einzelne districte derselben *territoria* zu benennen. (*p*)

§. 6.

(*i*) Heinrich graf von Löwen und Brabant sagt in einer urkunde vom jahre 1086: „quoniam vero locus ipse ad comitatum nostrum hereditario „iure videbatur pertinere„ (*Miraei oper. diplom. et histor.* T. 1, p. 73) und *Lambertus Schaffnaburgensis* ad an. 1071 schreibt: „Filius Bal„duini - comitatum Reginheri quondam comitis, cum castello - quae „scilicet praedia mater eius a priore marito suo, dotis nomine, acce„perat, saucto Lamperto tradidit.„

(*k*) Denn graf Balduins von Flandern sohn wurde vom K. Heinrich in behauptung seines erbrechts unterstützt. *Lambert. Schaffnab.* ad an. 1071.

(*l*) *Hontheim histor. diplom. Trever.* T. 1, n. 229, p. 367.

(*m*) *Miraeus* l. c. p. 67.

(*n*) *Miraeus* T. 1, p. 152, 156.

(*o*) „Est igitur in territorio Bracbatensi locus„ heisst es in einer urkunde vom jahr 1064 beym *Miraeus* l. c. p. 152.

(*p*) Im jahr 1086 verschenkte graf Robert von Flandern einige güter in territorio Turnensi und in territorio apud Alfringheim. *Miraeus* T. 1, p. 69.

§. 6.

Dafs es den grafen nützlich gewesen sey, die einteilung des reichs abschaffen zu helfen.

Ich würde diese coexistenz der vestgesezten erblichkeit der gräflichen würden, und des verfalls der gauen, noch von mehrern Teutschen provinzen auf ähnliche art darthun können, allein ich glaube dasz das, was ich schon angeführet habe, zu meiner absicht hinreichend sey. Man kann hieraus, wie ich glaube, mit grosser zuverlässigkeit schliessen, dasz die erlangte erblichkeit der grafschafften, eine ursache des abgangs der gauen, man mag sie geographisch oder politisch betrachten, gewesen sey. Denn nun hatten die reichsstände, und insonderheit die grafen, nicht nur keine ursachen mehr, die sie bewegen konnten, die ohnehin unnütz gewordene einteilung Teutschlandes in gauen zu handhaben, sondern es musste ihnen vielmehr nützlich seyn, dieses überbleibsel ihres vormaligen weniger vorteilhaften standes zu vertilgen.

§. 7.

Durch die erblichkeit und entstehende landeshoheit der grafen wurden die namen und gränzen der gauen verändert.

Wie die grafen ihre würden erblich machten, fiengen sie an beynamen von ihren schlössern und allodialgütern (*q*) zu gebrauchen, und es kommt daher in alten urkunden schon unter kaiser Heinrich II ein *comes Duodiche de Monte, qui Wartberge appellatur;* (*r*) im jahr 1075 *Adalbertus comes de castro*

(*q*) Lache, wovon sich Pfalzgraf Heinrich einen grafen nennte, war, wie dieser fürst selbst bezeugt, ein blosses allodialgut. *Histor. et comment. acad. Elect. Theod. Palat.* T. III, p. 121.

(*r*) *Vita Meinwerci* beym *Leibnitz* T. I, p. 523.

Chalawa; (*s*) im jahr 1085 graf Heinrich von *Lache*, (*t*) und im jahr 1118 *comes Gerhardus de castro Egensheim;* (*u*) dessen enkel im jahr 1125 *Udalricus comes de Egisheim* genannt wurde, (*x*) vor. Schon in den ältern zeiten erhielten ganze gauen und graffschafften von ihren jeweiligen grafen den namen: (*y*) diese gewohnheit wurde, als die grafen von ihren schlössern beynamen führten, beybehalten, und viele einzelne gauen, oder mehrere zusammen, wenn, wie oft geschah, ein graf über einige gauen gesezt war, (*z*) wie auch teile der gauen, in denen mehrere grafen waren, (*a*) erhielten nunmehr den namen einer graffschafft von dem schlosse ihres besitzers; während dass auch in andern gauen, wo eine erblichkeit nicht hergebracht war, diesem beyspiel nachgeahmt wurde, und dieselbe von dem hauptgerichsplatz (mallus), wie die graffschafft Lutramnesforst, (*b*) den namen erhielten. Die gränzen vieler gauen waren, wenn sie nicht von unveränderlichen flüssen und gebürgen bestimmt wurden,

(*s*) *Besold. docum. rediviva monast. Wurtemberg.* p. 318.

(*t*) *Histor. et comment. acad. Palat.* T. III, p. 158.

(*u*) *Schoepflin Alsat. diplom.* T. I, p. 193.

(*x*) *Schoepflin* l. c. p. 202.

(*y*) Z. b. In comitatu Kristani. S. die urk. vom jahr 870 in *Schannat corp. tradit. Fuldens.* p. 207. *H. W. von Günderrode abhandlung von der Teutschen staatsverfassung unter Otto* I, 1. buch, §. 3, f. 20.

(*z*) „Imperator comitatum Heremanni comitis situm in istis tribus pagis, „Auga, Netega, Hessega, eodem die ei contulit.„ *Vita Meinwerci* beym *Leibnitz*, T. I, p. 562. S. auch die urkunde vom jahre 932 in *Schannat corp. tradit. Fuld.* n. 570, p. 234.

(*a*) *Chronc. Gottwic.* prodrom. lib. IV, p. 530.

(*b*) S. herrn hofraths *Lamey* descript. pagi Spirensis in *comment. acad. Pal.* T. III, p. 256.

den, (c) oder wenn ein graf mehrere neben einander liegende pagos unter ſich hatte, (d) ſo wenig genau beſtimmt, daſs oft ein ort in verſchiedenen urkunden zu mehreren gauen gerechnet wurde. (e) Dieſe gränzen wurden bey der erblichkeit und entſtehenden landeshoheit der grafen noch mehr verändert: die grafen vertauſchten, verſchenkten, verkauften und verlehnten öfters einzele örter, oder teilten auch wohl zuweilen ihre beſitzungen unter ihre kinder, (f) wie *Juncker* ſehr richtig bemerket, wann er ſchreibt: (g) „Als nun die gräfliche würde, „ und die ehemals zu jedem comitatu gehörige güter, erblich „ geworden waren, - ſo wurden die gränzen der comitatuum „ bald vergröſſert, bald verringert, nachdem entweder etwas

 „ von

(c) Der *poeta Anonymus* beym *Leibnitz* T. I *rer. Brunsvic.* p. 121 ſchreibt ad an. 772:

— Saxonum proxima Francis
Adjacet ad boream tellus, vix limite certo
Diviſi gentis fines utriusque cohærent.

(d) *Comment. acad. Pal.* T. I, p. 288. Daher kommt es vielleicht, daſs der ort Corbeke in dem biſthum Paderborn in einer urkunde vom jahre 980 zu dem pago Nitherſe (*Falcke cod. tradition. Corbeienſ.* p. 270 & 169) von dem mönch Eberhard zu Fuld aber zu der provincia Heſſorum oder dem pago Saxonico Heſſiga gerechnet wird. (*Schannat corp. tradit. Fuldenſ.* p. 308, n. 57) Denn dieſe beyde neben einander gelegene gauen hatten lange zuſammen nur einen grafen. S. oben §. 7, not. (z).

(e) *Chronic. Gottwic.* lib. IV, p. 530. Herr hofrath *Lamey* bemerkt in den *Comment. acad.* T. III, p. 253, daſs die orte, Bettenberg, Carlbach und Hemmingheim in einigen urkunden zu dem pago Spirenſi, in den meiſten aber zu dem Wormſergau gerechnet wurden.

(f) In einer urkunde vom jahre 946 in der *hiſtor. et comment. acad. Palat.* T. III, p. 265 heiſt es: „Ego Chuonradus dux, Wernharii comitis filius, „ tradidi quicquid hereditatis & prædii ex parentum meorum traditio„ ne - habebam, & *quod mihi ad partem* & in ius, poſt finem vite „ eorum, cum conſenſu & unanimitate fratrum meorum, adveniendo „ ceciderat.„

(g) In der *anleitung zu der mittleren geographie* ſeite 552.

„ von gütern an eine familie verschenkt, verkauft und zu lehen „ gegeben, oder diese und jene villa und castrum von derselben „ auf diese und jene art veräussert wurde. „ Diese veränderung des namens (h) und die gränzen der gauen, muste ohne zweifel zum abgang des ganzen wesens derselben ungemein viel beytragen.

§. 8.

Die grafschafften bekamen neue unterabteilungen.

Wie die mächtige grafen landesherren zu werden anfiengen, musten sie beamte, die von ihnen abhiengen, in einzelen distriften ihrer länder haben. Diesen bezirken liessen sie teils die alte schon zu zeiten der Karolinger gebräuchlich gewesene benennung der marken geben, (i) teils gaben sie ihnen den namen *territorium* (k) und nun pflegte man zuweilen, wenn man in urkunden, der alten gewohnheit nach, die lage eines orts bestimmen wollte, nicht mehr den gau, worinn er lag, sondern den kleinern distrift in der grafschafft zu benennen.

§. 9.

Dass die erblichkeit und anfangende landeshoheit der herzoge den verfall der gauen befördert habe.

Die herzoge trugen vermuthlich eben sowohl, als die grafen, zu dem abgange der gauen bey. Als sie den grund zu ihrer landeshoheit legten, machten sie, ausser ihren allodialgütern, auch

(h) Eben daselbst seite 189. *Chronic. Gottwic.* lib. IV, p. 530.

(i) In einer urkunde vom jahre 1144 beym *Schöpflin* p. 225: „ Iustitia & satisfactiones in tota marcha pertinent ad abbatem. „

(k) S. oben §. 5, not. (p).

auch die gauen, die ihnen zu ihrer besondern verwaltung waren anvertrauet worden, (*l*) und die güter, deren genus sie statt der besoldung hatten, (*m*) erblich. Diese drey arten von ländern wurden nun unter dem namen des herzogthums begriffen, und vermuthlich von den herzogen in kleinere districte, in welchen sie ihre beamte anordneten, abgeteilt. Es ist sehr glaublich, dass sie hierbey die benennung der gauen, unter denen man sich, der königlichen gerichtsbarkeit und oberherrschafft ganz unterworfene districte vorstellte, und die folglich ihrem vortheil zuwider war, aus politik nicht mehr gebrauchten.

§. 10.

Die dynasten und viele adeliche musten sich, sobald die stände die landeshoheit zu erlangen anfiengen, gleichfalls bemühen den untergang der gauen zu befördern.

Die ansehnliche freye leute und dynasten waren sonst, wenigstens in ansehung ihrer güter, der gräflichen gerichtsbarkeit unterworfen; denn man findet unter andern verschiedene, zwischen dynasten aufgesezte tausch- und kaufbriefe, welche in gegenwart und unter bestättigung der grafen geschahen. (*n*) Wie aber die grafen anfiengen nicht mehr in königlichem, sondern

 in

(*l*) *Crollius de ducatu Franciae Rhen.* §. XL in *commentat. acad. Palat.* vol. III, p. 439. In einer urkunde in *Hartmanni annal. heremi Deiparae matris in Helvetia* ad an. 948, p. 48 heist es: „Quasdam res iu„ris nostri in comitatu eiusdem Herimanni ducis, Rhetia.„

(*m*) *V. Ohlenschlagers neue erläuterung der goldenen bulle* §. XLV, p. 164.

(*n*) In einem tauschbrief zwischen einem nobili viro Rudolfo, und bischof Godfrid von Speyer, vom jahr 960 in *histor. acad. Pal.* T. III, p. 266 kommen folgende worte vor: „Regnante rege Ottone, sub comite qui voca„tur Altduon, & antistite prædicto (Gottfrido). S. auch *Lünigs thesaur. iur. der grafen und herren*, einleit. f. II.

in ihrem eigenen namen die jurisdiction auszuüben, so ist es sehr glaublich, daſs die dynasten sich bemühten in ihrer unmittelbaren abhängigkeit von dem könige zu bleiben, und sich sowohl als ihre güter, von der gerichtsbarkeit der grafen ganz loszureissen. Eben so natürlich ist es, daſs die, welchen dieses gelang, ihre oft in mehreren gauen liegende güter nicht mehr zu den gauen, zu welchen sie vorher gehöret hatten, zählen wollten, sondern zum teil ihnen zusammen den namen einer herrschaft von ihrem hauptschlosse gaben, (o) um dadurch ihre unabhängigkeit von den grafen, welche auf die gerichtsbarkeit über alle zu ihrem gau gehörige örter und güter anspruch machen konnten, zu behaupten.

§. 11.

Daſs die zunehmende macht der geistlichen und ihre exemtion von der weltlichen gerichtsbarkeit vieles zum verfall der gauen beygetragen habe.

Die geistlichen stände hatten an dem abgange der gauen so vielen teil als die weltlichen. Es hatten nämlich die bischöffe und äbte seit vielen jahrhunderten, durch schenkungen der könige und anderer personen, ansehnliche güter erhalten, welche, besonders in dem zehenten und eilften jahrhundert, nach dem von der geistlichkeit aufgestellten grundsatz: „Quod incongruum ni-„mis sit, ut hi quos Christus sui memores, huius terræ princi-„pes constituit, sub aliquo sint dominio, absque eorum, qui „exemplo Domini benedictionis & coronæ gloria mortales cun-„ctos præcellunt„ (p) meistens von der gerichtsbarkeit der grafen

(o) Eine ähnliche bemerkung macht auch *Schöpflin* in *Alsat. illustr.* T. II, p. 122.

(p) *Ditmar. Merseb.* lib. 1, beym *Leibnitz* T. 1, p. 329.

sen durch königliche privilegia befreyt wurden. (q) Da es auf diese art gleichgültig wurde, zu welchem gau man einen ort rechnen wollte, so geschah es oft, dass die geistliche einige ihnen gehörige orte und güter zu demjenigen gau rechneten, der in ihrer diœces lag, oder in dem sie die meiste güter hatten, und dessen grösten teil sie schon besassen. Daher kommt es auch, wie herr hofrath *Lamey* sehr gründlich bemerket, (r) dass einige in der Mainzischen diœces gelegene orte, die vormals zu dem Wormsergau gehöret hatten, nachher zu dem pago Nahgowe, wovon das erzstift Mainz einen grossen teil besass, gezählt wurden. Nachher giengen die geistlichen stände noch weiter, indem sie ihre güter gar nicht mehr zu einem gau, sondern zu ihren bisthümern und abteyen, die aus einzelen stücken verschiedener gauen zusammen gesezet waren, zählten; und es wird daher in einer merkwürdigen urkunde vom jahre 1144 (s) gesagt: „ Itaque - eandem ecclesiam sancti Saturnini in pago Wormaciensi „-tunc, in episcopatu Moguntino sitam nunc, commisimus regendam. „

§. 12.

(q) „ Concedimus insuper, ut nullus dux, neque marchio, vel comes, „ aut alia iudiciaria potestas, ullam sibi in prædictis usurpet potestatem „ sagt kaiser Otto I in einer urkunde für das erzstift Hamburg in *Staphorst histor. eccles. Hamburg.* T. I, p. 302. S. auch die urkunden in *Schmintens monim. Hass.* P. II, p. 659 seq. *Schoepflins Alsat. diplom.* P. I, p. 136, und *Hund metropol. Salisburg.* T, I, p. m. 92.

(r) In den *comment. acad. Palat.* T. I, p. 287.

(s) l. c. p. 97. Im jahr 1106 verschenkte k. Heinrich V einige güter in episcopatu Argentinensi (*Schoepflin* l. c. p. 204), und in einer urkunde vom jahre 1065 in *Miraei oper. histor. & diplom.* T. I, p. 62 heist es: „ Quasdam curtes esse in ipsa abbatia, id est, Burlon, Lare „ &c.

§. 12.

Dafs viele gauen und graffchafften ganz den geiftlichen gefchenkt wurden.

Im eilften jahrhundert kam in anfehung der geiftlichen, auffer dem bisher ausgeführten, noch ein neuer grund hinzu, welcher den verfall der gauen in vielen, und befonders in denen am Rhein gelegenen provinzen befchleunigen mufste. Es hatten fich nämlich bisher die Teutfche kaifer und könige begnügt den geiftlichen ftänden einzele güter zu fchenken. In dem eilften jahrhundert (*t*) verliehen fie gar denfelben ganze graffchafften und gauen dergeftalt „ut epifcopi . . dehinc liberam habeant poteftatem, comitatum in ufum ecclefiæ tenendi, comitem eligendi, „ bannos habendi, feu quidquid fibi libeat, modis omnibus inde „ faciendi. „ (*u*) Auf diefe art fchenkte kaifer Heinrich im jahr 1077 dem hochftift Strasburg, „ quendam comitatum fitum in pago Brisgowe. „ (*x*) Die bifchöffe von Worms erhielten den comitatum Lobedunburg (*y*) und Wingartebun; (*z*) die bifchöffe von

(*t*) Es ift mir keine vor dem eilften jahrhundert aufgefezte urkunde bekannt, wodurch einem ftift eine graffchafft gefchenkt wurde, wenn ich die urkunde vom jahr 1156 in *Du Mont corps diplomatique* T. 1, P. 1, p. 80 ausnehme, vermöge deren kaifer Otto dem hochftift Verden eine graffchafft verliehen haben foll, in welcher aber gar leicht ein fich auf die damalige politik verfchiedener geiftlichen gründender hiftorifcher irrthum, deren man in urkunden der damaligen zeit nicht wenige antrifft, begangen worden feyn kann.

(*u*) *Du Mont* l. c. p. 41.

(*x*) *Schoepflini Alfat. diplom.* T. 1, p. 176.

(*y*) *Schannat hiftor. Wormat.* cod. prob. 38. Diefe fchenkung fcheinet aber nicht gleich zur vollziehung gekommen zu feyn. *Hift. & comment. acad. Palat.* T. 1, p. 237, 242.

(*z*) *Schannat* l. c. p. 50.

von Speyer die graffchafft Lutramnesforft, welche einen groffen teil des Speyergaues ausmachte, (*a*) und die graffchafft Vorchheim. (*b*)

Der erzbifchoff Aribo von Mainz hatte im jahr 1025 die graffchafft Warburg bekommen, (*c*) erhielt aber nachher anftatt derfelben die graffchafft Cluingen. (*d*)

Dem hochftift Cambray fchenkte Heinrich II die graffchafft gleiches namens; (*e*) und Heinrich IV gab dem bifchoff von Utrecht „ quendam comitatum Frifiae nomine Oftrogouwe & Weftrogauwe. „ (*f*)

Das hochftift Paderborn erhielt vom kaifer Heinrich eine graffchafft Lintburg, (*g*) und die abtey Fulda wurde durch die ihr von den kaifern Heinrich II, Conrad II und Heinrich III gemachte fchenkungen der graffchafften Stoddenftad, Nederne und Maelftadt, bereichert. (*h*)

Anfänglich machten folche fchenkungen in den urkunden und bey den benennungen der gauen noch keine beträchtliche veränderung. Denn in einer urkunde vom jahr 1100 heift es noch: „ In pago Spirgowi, in comitatu Spirenfis epifcopi. „ (*i*) Allein

 nach

(*a*) *Comment. acad. Palat.* T. III, p. 255, 260.

(*b*) Eben dafelbft p. 260.

(*c*) *Vita Meinwerci* beym *Leibnitz* T. I, p. 559. *Joannis* T. I *rer. Mogunt.* p. 466.

(*d*) *Schaten annal. Paderborn.* lib. V, p. 493. *Joannis* l. c. p. 469.

(*e*) *Du Mont* T. I, P. I, p. 41.

(*f*) *Hedae hiftor. epifc. Trajectenf.* p. 140.

(*g*) *Vita Meinwerci* beym *Leibnitz* T. I, p. 562 fq.

(*h*) *Schannat corp. tradit. Fuldenf.* n. 598 fq. 604, p. 274 fq. 47

(*i*) *Hift. & comment. acad. Palat.* T. III, p. 277.

nach und nach wurden die namen diefer gauen in den allgemeinen benennungen der bisthümer und abteyen verfchlungen, welche, fo wie die herzogthümer und graffchafften, neue unterabteilungen bekamen.

§. 13.

Wie die entftehung neuer reichsbeamten den abgang der gauen befördern konnte.

Als die herzoge, grafen und andere reichsbeamte, ordentliche landesherren zu werden anfiengen, konnten die Teutfche könige und kaifer ihnen die bisher gehabte auffìcht über die domainen und rechte, die fie noch übrig behalten hatten, nicht mehr anvertrauen. Sie fezten daher in diejenige diftricte, in welchen fie noch beträchtliche güter und rechte hatten, neue reichsbeamte, welche die namen landgrafen, (*k*) landvögte, (*l*) und comites oder præfecti civitatum erhielten. (*m*) Die gerichtsfprengel diefer beamten bekamen nun auch zum teil die neue benennungen advocatiæ oder comeciæ (*n*) und præfecturæ civitatum,

(*k*) Dafs die eigentliche landgrafen erft im eilften jahrhundert aufkamen, bemerkt auch *Spener* im *Teutfchen ftaatsrecht* II teil, 6. kap. §. 5, feite 278

(*l*) S. z. b. von den vögten im Speyergau, *Lehmanns Speyerifche Chronik* VII buch.

(*m*) So kommt im jahr 1100 Gerhardus præfectus Moguntiacenfis (*Schannat corp. tradit. Fuldenf.* n. 617, p. 258) im jahr 1135 Arnoldus comes civitatis Moguntinenfis (*Crollius origin. Bipontin.* p. 126) und im jahr 1143 comes Echenbertus de Spira, vor. *Schoepflin Alfat. diplom.* T. I, p. 224.

(*n*) *Schoepflin Alfat. diplom.* T. I, p. 324. *Bernhard antiqu. Wetterav.* lib. II, cap. 6.

tum; (*o*) und verschiedene gröſſere gauen, in welche landvögte und landgrafen gesezt waren, z. b. Heſſen, (*p*) die Wetterau (*q*) und Elsas (*r*) wurden zu ende des eilften jahrhunderts nicht mehr pagi, sondern provinciæ genannt, welche benennung vorher seltener bey ihnen gebraucht wurde.

§. 14.

Wiederholung der angeführten gründe.

Wenn also die entstandene erblichkeit und landeshoheit der weltlichen (§. 3 — 10) so wie die durch vergröſſerung der güter und befreyung derselben von der weltlichen gerichtsbarkeit zunehmende macht der geistlichen stände (§. 11, 12) die einteilung Teutschlandes in gauen überflüſſig machte, und verursachte 1) daſs die namen und gränzen der gauen oft verändert wurden, 2) daſs die meisten stände ein interesse in vertilgung dieser abteilung fanden, und 3) daſs sich die Teutsche könige und kaiser genöthiget sahen, eine neue einteilung und benennung

(*o*) Bischof Buggo von Worms sagt im jahr 1137 von einem ort, er ey gelegen „in comitatu præfecturæ civitatis suæ.„ *Schannat histor. episc. Wormat.* cod. prob. 68.

(*p*) Dieses wurde noch im jahr 1044 ein pagus genennt (*Schannat histor. Worm.* cod. prob. n. 58, p. 53) da es hingegen seit dem jahr 1061 unter dem namen einer provinz vorkommt. *Schannat corp. tradit. Fuldens.* n. 613, p. 256.

(*q*) Dieses land wurde sonst fast immer ein pagus genennt (*Codex Laurishamensis diplom.* T. II, p. 607 sqq.) Im jahr 1079 kommt aber in einer urkunde „ provincia Wetereiba„ vor. *Schannat corp. tradit.* p. 258.

(*r*) Noch im jahr 1049 wurde dieses land pagus Alsatiæ genennt (*Schoepflini Alsat. diplom.* T. I, p. 162) aber seit dem ende des eilften jahrhunderts, heiſt es in den urkunden provincia Alsatiæ. *Schoepflin* l. c. p. 178, 204, 238.

verſchiedener, ihnen noch beſonders unterworfener, diſtricte vorzunehmen, ſo iſt unſtreitig in dieſer beträchtlichen veränderung der Teutſchen ſtaatsverfaſſung, der wahre grund von dem in dem zwölften jahrhundert erfolgten gänzlichen abgang der gauen, ſowohl in dem ganzen Teutſchen reich überhaupt, als beſonders in den Rheinlanden, zu ſuchen.

COM-

COMMENTATIONUM
ACADEMICARUM
PARS
HISTORICA.

DISSERTATIO

de Columna milliari apud Rigomagum ad Rhenum inventa.

Auctor

ANDREAS LAMEIUS.

RARIORIBUS præstantioribusque Romanorum, veterum orbis nostri dominorum, monumentis lapideis columnas milliares accensent, quotquot huic antiquitatum generi pretium statuere norunt. Unicus in omni ripa Rheni Gallica, via munita militari, servatus nobis est, Rigomagensis, (s) qui ex sepulcro quasi suo nuper demum (an. MDCCLXIX) surrexit, quum serenissimi Principis Electoris, cui nos omnia debemus, jussu ac beneficio via Rhenana ducatus Juliacensis reficeretur, via profecto regia & quæ monumento quodam publico ad omnem posterorum memoriam celebretur, dignissima. (t) Paucis tum infra Rigomagum passibus, terra ampliandæ, quæ temporum successu nimis coarctata fuerat, viæ abrasa, detectum est saxum oblongum, rotundum, lite-

(s) A Rheno paulo remotior, in eadem tamen via militari, Brocomagi nempe in Alsatia, repertus est ante quadraginta hos annos alius ejusdem formæ cippus, at numeris milliaribus plane destitutus. De hoc vide *Schoepflini Alsatiam illustr.* T. I, p. 550.

(t) Posita est paulo post ad viam istam, curante excellentiss. Oberndorffio, academiæ præside honorario, qui cum hæc in consessu acad. legerentur, aderat, inscriptio brevis Latina, quam suppeditari a me voluerat vir illustrissimus.

literis inſcriptum digitalibus, iisque optime conſervatis, ordine modoque ſequenti:

IMP. CAES.
M. AVREL. ANTO
NINO. AVG. PONT.
MAX. TR. POT. XVI
COS. III ET
IMP. CAES.
L. AVREL. VERO AVG.
TR. POT. II COS. II
A COL. AGRIPP.
M. P. XXX.

Columnæ altitudo eſt quatuor pedum Rhen. cum duobus digitis, & diameter pedis unius cum quatuor digitis. Linea tertia voce PONT literæ duæ N & T more ſolito in unam contractæ, reliqua vero omnia ſana & plana ſunt.

Docet inſcriptio ætatem & cauſam poſitæ columnæ. Notæ chronologicæ conſulatus & tribunitiæ poteſtatis utriusque imperatoris

toris adjectae incidunt in annum Christi CLXII. Praecedenti enim anno, M. Aurelio & L. Vero ipsis consulibus, mortuus est Antoninus cognomento Pius, successorem sibi relinquens filium adoptivum M. Aurelium caesarem, qui brevi post cum L. Vero, fratre suo adoptivo, mox & genero, imperium acceptum & tribunitiam potestatem, primo in historia Rom. exemplo, sponte sua communicavit. Facta haec sunt, quod aliunde novimus, mense Martio an. CLXI; quare post mensem Mart. anni sequentis, media forte aestate, quum Aurelius decimum sextum, L. Verus autem secundum tribunitiae potestatis annum agerent, cippum nostrum milliarem jussu publico positum esse colligimus.

Causam & usum lapidis docent verba inscriptionis postrema, distantiam nempe loci, ubi erectus est, a Colonia Agrippinensi, Germaniae inferioris metropoli, designantia.

Distantia haec more Romano per millia passuum seu milliaria exprimitur. Passus autem non communes, sed geometrici, quinque pedum singuli, qui a passis seu dilatatis manibus & brachiis nominari existimantur, hic accipiendi sunt; adeo ut quinque millia pedum mille passus efficerent, teste Vitruvio.

Tabula Peutingeriana, seculi IV exeuntis partus, a Rigomago Bonnam octo, indeque Coloniam Agripp. undecim leugas numerat; adeoque pro milliariis triginta leugas novemdecim. Leugarum nomen & usus debetur Galliae veteri; nec desunt columnae itinerariae, viarum spatia quae per leugas mensurant. In marchionatu Badensi, ad Decumates agros Rom. olim pertinente, quinque columnae leugares adhuc supersunt.

Itinerarium Antonini, ejusdem fere cum tabula Peuting. aetatis, omissa Rigomago nostra, a Colonia Agripp. Antunnacum tot millia passuum numerat, quot tabula leugas, viginti nimirum & octo. Sed itinerarium hoc leugas cum mille passibus in Gallicis itineribus haud raro miscuisse, imo leugas appositas a librariis fuisse corruptas, editores ejus & commentatores multi observarunt. Leuca autem constabat passibus mille & quingentis, uti

ex Jornande aliisque addiscimus, (*u*) adeo ut triginta milliaria leucas viginti conficerent. Differt parum a calculo hoc nostro tabula Peutingeriana, quae uti diximus, novendecim tantum leucas inter Rigomagum atque Coloniam admittit. Neglectis, quod saepe factum, quadrantis atque dimidiae viarum mensurae fractionibus discrimen aliquod in computandis milliariis atque leucis facile suboritur.

Major itaque fuit leuca Gallica milliario; major est leuca hodierna Francica veteri Gallica. Causa mutationis in mutato domino. Franci enim, Germanicae originis populus, cum armis suis victricibus rastas Germanicas Gallicae intulerunt, remanente tamen ibidem leucarum vocabulo, non usu. Rasta autem una leucas duas valet, adeoque milliaria Romana tria. Dagobertus II rex in diplomate Weissenburg. an. 675, quo balnea in pago Auciacensi (Baden) huic monasterio donavit, marcam eorum orientalem extendit ad *leucas sex, quod homines loci illius siti dicunt rastas tres.* (*x*) Convenit egregie vox haec Germanica cum usu columnarum milliarium, quippe quas iter facientibus multum fatigationis detraxisse Quintilianus scribit. Ex diversis his viarum spatiis si vires nationum metiamur, Germani veteres Gallis duplo, Romanis triplo robustiores dicendi sunt. Utimur hodieque rastis sub alio nomine, a temporis spatio, quod conficiendae pedibus rastae insumitur, deducto (*Stund*). Nam a Rigomago ad Coloniam Ubiorum via nobis est decem horarum sive leucarum Francicarum.

Apud Germanos tamen interiores, Saxones praecipue, migratione sine dubio gentium septentrionalium factum est, ut mensura viarum longe major invaluerit, quae vocabulo ex Romana lingua petito *meil* appellatur. Milliare hoc Saxonicum sex milliaribus Romanis, leucis quatuor, rastis duabus aequiparatur.

Super-

(*u*) Conf. *Du Cange glossar. mediae & inf. Latinitatis* voce *Leuca.*

(*x*) *Schoepfl. Alsatia diplom.* num. III, pag 5.

Supereſt ut de Rigomago, tantæ antiquitatis oppido, pauca, quæ novimus, adjiciamus. Nomen ipſum Celticam originem, Romana in his oris dominatione vetuſtiorem, prodit. (y) *Mag* ſaltem eſt vocula Celtica, quæ oppidum ſignificat. Proximæ nobis ſunt Noviomagus & Borbitomagus urbes, Spira nempe atque Wormatia. Rigomagus alia, provinciæ Alpium maritimarum civitas; in itinerario Antonini celebratur & notitia Galliarum; alia in Arvernis. Situs utriusque dubius. (z) At de noſtra Rigomago nihil eſt, quod ambigamus, quum monumenta antiqua cum nomine hodierno egregie conſpirent. Memorat illam ad an. CCCLVI Ammianus Marcellinus (a), qui de Juliani cæſaris ad Rhenum adventu differens, vaſtata omnia a Germanis fuiſſe ſcribit, ita ut per tractus iſtos Rhenanos civitas nulla neque caſtellum ſupereſſet, præter Rigomagum oppidum & unam prope Coloniam turrim. Munitiſſimam itaque Rigomagum noſtram ſub Romanis fuiſſe, cum in omnibus Rheni civitatibus Germanorum impetum ſola ſuſtinuerit, non eſt quod dubitemus. Comprehenſa tum fuit in provincia Germaniæ ſecundæ ſeu inferioris, ſive ad Moſellam ſive ad Aram fluvios duarum Germaniarum colliminium, de quo geographi valde diſſentiunt, ſtatuas.

Anonymus Ravennatenſis, ſeculi VII geographus, in patria Francorum plures civitates recenſet, & inter has ad Rhenum Confluentes, Anternacha, *Rigomagus* &c. (b) Idem nomen *Rigima-*

(y) Riducula omnino ſunt, quæ *magni chronici Belg.* auctor in *Piſtorii ſcriptor. rer. Germ.* tom. III, p. 51 ex aliorum relatu de origine oppidi hujus affert, ubi a Julio Cæſ. id conditum & Reymagen, id eſt, Homagium Regis, appellatum eſſe, ſicut & Noviomagum, id eſt, Novum Homagium, commemoratur. Fidem quandam huic fabulæ tribuiſſe Freherum miror in *origin. Palat.* part. II, p. 32.

(z) Illam Valeſius interpretatur *Rogen* prope Sanetium; hanc *Riom.*

(a) *Hiſt.* lib. XVI, cap. III.

(b) Jo. Henricus Jung, V.C. ab Andrea Quercetano seductus, nomen hoc male ad caſtrum Rinek, quod propius Anternaco, ſed non tantæ antiqui-

gimago &, quod hodierno propius accedit, *Regomago* in chartis seculi VIII Laureshamensibus (*c*) occurrit, imo & *pagus Rigorinsis*, in quo præter Rigimagum Pisinheim, Frigbodesdorph & Eccandorph collocantur. *Remago*, adeoque hodiernum omnino, si terminationem excipias, nomen, & veteris loci hujus dignitatis indicia habet subjuncta Heriberti archiepiscopi Colon. charta, monasterio S. Mariæ in castello Duitiensi an. 1003 data, quæ monetam cum theloneo ibidem tum substitisse docet.

Heriberti archiepiscopi Coloniensis litterae, quibus monasterio Divitensi a se constructo decimas, monetae & thelonei partes duas condonat, die I April. an. MIII.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Notum sit omnibus in Christo fidelibus tam futuris quam & presentibus, qualiter ego Heribertus sancte Coloniensis ecclesie licet indignus prouisor constitutus decimas quasdam ac alios quosdam nostre auctoritatis usus in villa, que vulgo dicitur *Remago*, ad disponendas prebendas concesserim fratribus diuinis in laudibus desudantibus in monasterio sancte & perpetue virginis Marie, quod egomet divina fauente clementia in castello Diuitensi construxi & dedicaui. Diuina igitur inspiratione admonitus ad pretitulatum monasterium tradidi ac concessi in villa predicta omnes decimas ex vineis vel vinetis, plantatis vel plantandis, agris cultis & incultis, de cunctis frugibus terre, tritici, farris, siliginis, ordei, auene, leguminum. Pecu-

tiquitatis est, refert in *histor. comit. Benthem.* lib. III, cap. I, p. 144, not. *a*) De utroque loco, Rineccio castro & Rigomago oppido, infra Anternacum sitis ad Rhenum, agit antiquarius Rhenensis Francofurti vernacule editus. Vid. pag. 510 & 512.

(*c*) *Cod. diplom. Laurescham.* tom. I, num. XI, an. DCCLXX. Adde tom. III, num. 3804 sqq.

Pecudum autem & animalium omnium, lini quoque & aliorum que decimari debent, clericus qui ecclesie ibidem & plebi prefuerit, decimas solus obtineat. Immo & de decimis supradictis decimas recipiat, absque vinearum decimis, nec non & agrorum, si qui vitibus plantati fuerint in futurum, de quibus nullam omnino proclamationem vel inquirendi habeat occasionem, quoniam de vineis quibuslibet plantatis vel plantandis nullas sibi permittimus decimas, sed ut supra diximus absque omni seruitio hinc exigendo, Episcopi scilicet & Prepositi ac Decani, in usus fratrum concessimus & condonavimus. Similiter quoque juxta consilium ac consensum meorum fidelium, clericorum ac laicorum, in villa eadem duas partes monete & duas partes thelonei cum omni usu exinde proueniente sic ad commemoratum tradidi monasterium, ut in abbatis eius loci pendeat arbitrio, quid de his faciat vel disponat, & cui committat vel concedat. In ecclesia autem illic posita si que sunt agenda vel restauranda, abbas sua prouisione sciat tantum pauimenta & ostia procuranda. Non enim est ecclesia sua, nec ad eam pertinens decimatio tota. Si quis vero clericus vel laicus hec nostre auctoritatis decreta in Deum deuotionis descripta in aliquo fecerit irrita, mala capiant eum in interitu suo, & duplici contritione conterat eum Dominus Deus noster.

Signum Wickeri prepositi sancti Petri. Signum Alwoldi prepositi sancti Gereonis. Signum Enizonis prepositi sancti Victoris. Signum Reginhardi capellani. Signum CHRISTIANI comitis. Signum HERMANNI aduocati Diuitensis ecclesie. Signum BILISONIS comitis. Signum Gerhardi. Anno Dominice incarnationis millesimo tertio, indictione I, kalend. Aprilis. Anno domini HENRICI secundi gloriosissimi regis primo acta sunt hec.

TITULI

sepulchrales christiani duo Romæ allati,

Quos explicat ANDREAS LAMEIUS.

Inter ſpolia varia, quæ nupero ex itinere Romano ſecum attulit Principis auguſti, felicitatis noſtræ conditoris ſtatoriſque invicti, comes adlectus, quem ſacrarum largitionum comitem ſtylo antiquo recte diceres, (*d*) vir noſtris elogiis vel ipſa verecundia ſua major, duo ſunt marmora literata, ad antiquiſſimos Chriſtianorum titulos ſepulcrales haud dubie referenda.

Chriſtiani, Judæorum & Gentilium exempla ſecuti, mortuos ſuos, poſitis monumentis, quorum ingens numerus adhuc ſupereſt, honeſtarunt. His nomen ſaltem defuncti & fides, quam profitebatur, vel unico verbo, vel & ſigno quodam alio deſignari ſolebat. Quo minus tuti ab oppreſſione erant, qui per Chriſtum crucifixum ſalvari cupiebant, eo breviores tectioreſque fuiſſe ipſorum titulos, res ipſa loquitur.

Inter ſigna autem Chriſtianorum tritiſſimum pariter atque indubitatiſſimum fuit monogramma Chriſti, duas priores adorandi hujus nominis literas Græcas continens. Græce quoque interpretantur figuram piſcis, quæ non raro occurrit, ΙΧΘΥΣ Græcis dicta; ubi literas initiales latere veroſimile eſt hujus thematis: Ιησȣς Χριςος Θεȣ Υιος Σωτηρ.

Colum-

(*d*) Jo. Georgius de Stengel, academiæ director incomparabilis.

Columbas, oleas & baptifterium poft alios lapides multos Trevirenfis ad nos perlatus offert. (e)

Comparent hincinde anchora, fpei & fecuritatis fymbolum: palmæ porro & coronæ, teftes nimirum victoriæ, quam five martyres five confeffores Chrifti, five quilibet fidelis, fuperatis mundanis illecebris & calamitatibus, retuliffe pie creduntur.

Alphabeti Græci primam & ultimam literas, α & ω, non femel adhibitas in tumulis chriftianis invenio, argumentum haud invalidum ex antiquis marmoribus petendum adverfus eos, qui canonicam apocalypfis Johanneæ auctoritatem fufpectam nobis reddere conantur. Ex hac enim fola (f) illud defumi fymbolum chriftianum potuit.

Ubi figna hæc defunt, difcernendis Chriftianorum fepulcris præclare inferviunt infcriptionum verba quædam facra atque folemnia: *Quiefcit*, *Dormit*, *Depofitus*. Tritiffima tamen omnium locutio fuit: *in Pace*, Chriftus cum fit atque habeatur unicus auctor & princeps pacis æternæ.

His præmiffis ad ipfa marmora, de quibus nobis fermo, contemplanda progredimur. Alterum, quod dolemus, utrimque mutilum eft; alterum vero integrum. Utrumque fingulare quid habet, & in noftris faltem oris transalpinis nunquam vifum.

Lapis

(e) In *act. acad.* vol. III. hift. pag. 42 fq.

(f) *Apocalypf*, 1, 8.

Lapis hic figuris ſymbolicis deſtitutus, verba literis Græcis offert Latina, ex quibus diſcimus, maritum quendam uxori ſuæ pie defunctæ poſuiſſe lapidem. Integrum autem neque mariti, neque uxoris nomen ſupereſt. Ex reſiduis tamen literis conjicere licet, illum *Cajum Victorium*, hanc *Porcillam* vocatam fuiſſe. Cajus Victorius Felix, Maternæ maritus, Marti votum ſolvit ſub finem ſeculi III. (g) Poſſet tamen & Αρκαδιους vel Βαδιους βικτωρινους vel ſimile quid legi, primo marmoris charactere, uti in linea ejus ultima ſumendum eſt, pro Δ accepto. At præter Porcillæ nomen, quod commode ei ſubſtituam, aliud equidem non invenio. Diminutivum eſt a Porcia, uti a Lucia Lucilla, a Maxima Maximilla, a Priſca Priſcilla. Vixit & obiit Porcilla *in pace*, annos & menſes, quorum numeros fatum lapidis infelix nobis invidit.

Illud

(g) *Murator. theſaur. nov. inſcript.* tom. I, p. CCCLXIII, I.

Illud christiani hominis elogium *in pace*, tum ab initio epitaphii post nomen, tum in medio post *vixit*, tum etiam in fine post *deposit.* aut *fecit* legitur promiscue. Negligentes & incuriosos sermonis cultioris fuisse Christianos, seculis præsertim illis ad barbariem magis magisque inclinantibus, haud mirum, si non tam doctos & nobiles, quam vilioris conditionis homines in ipsorum castris militasse perpendamus.

Octo hujus generis inscriptiones, Latinas nempe Græce incisas, collegit Raphael Fabrettus (*h*), christianas partim, ex cœmeteriis maxime Romanis; partim gentiles, in schedis aliorum, atque ad viam Appiam repertas, quas cum nostra conferas. V Latinorum ubique per ου Græcorum in media voce aut syllaba, ab initio autem sæpissime per B expressum observabis. Imo & in Latinis multis B adhibitum pro V, scriptumque nonnunquam *Birgo*, *Bidua*, *Bictorina*, *Baleas*, *Grabis*, *Bibus* & *Biba*, *Biginti* &c. (*i*) *Cojugi bene bibenti* titulus alius apud Fabrettum (*k*) habet. Sunt insuper epigraphæ Græcis characteribus æque ac Latinis simul expressæ; (*l*) utraque lingua cum multis Romæ esset familiaris. K ubivis locum C Latinorum sustinet, unde Φηκιτ, Κινερες, δουλκισσιμο &c. (*m*)

Facere hæc possunt ad rectam verborum Latinorum pronuntiationem; qua C ad K, B ad V proxime accessisse colligimus. Sed & Græcarum vocum pronuntiatio ex monumentis Latinis eruitur, quum vice versa inscriptiones Græcæ Latinis characteribus concin-

(*h*) *Inscriptionum antiquar.* cap. v, pag. 390 sq. & cap. x, num. 624. Adde *Reines. syntagm.* class. xx, num. cviii, cx.

(*i*) Exempla hæc apud *Fabrettum*, *Muratorium*, in *Aringhi Roma subterr.* & alibi obvia sunt.

(*k*) Cap. viii. n. iv.

(*l*) Ibid. pag. 391, num. 255. Adde *Oderici dissert.* pag. 350 sq.

(*m*) *Fabrett.* l. c. num. 256 & pag. 756 n. 624.

concinnatæ reperiantur ; (*n*) secundum quas AI Græcorum uti AE mollius efferendum, & H (eta) nequaquaquam cum I, quod a multis recentioribus fit, confundendum est. Ceterum hujus generis saxa quodammodo δίγλωττα sive bilinguia vocari posse, Hagenbuchius (*o*) statuit.

Pergimus ad marmor alterum, monogramate Christi & figura equi, quam alibi frustra quæras, insigne. *Fortunio* id positum fuisse, inscriptum literis valde rusticis & inæqualibus nomen docet; nomen, inquam, in antiquis apud Gruterum atque Muratorium epigraphis obvium. Muratorius (*p*) inter christianas refert sequentem :

FOR-

(*n*) Ap. *Fabrettum* cap. VI, p. 465. num. XIX & 100.

(*o*) *Epist. epigraph.* ad Jo. Bouhierum p. 18 & de *Diptycho Brix.* pag. cc.

(*p*) *Inscript.* tom. IV, pag. 1876, n. 7.

FORTUNIO
DEF. ANN. III. MENS. XI.
C. AETENIANVS. ET. VICTORINA
ALUMNA CARISSIMI.

Insuetum aut extricandum hic nihil. At equus in marmore expressus, quem non suspensum teneat? Christianus homo cum certissime hic cogitandus sit, equitem aut aliud terrestre quid indigitari non puto, sed ut in aliis Christianorum signis symbolicis, sanctum quid, divinum aut cœleste, idque tanto magis, quod equus palmatus procedat. Alludi omnino videtur ad locum apocalypticum, (*q*) ubi Johannes cœlum apertum vidit & sedentem super equo albo Dominum nostrum, vestitum veste sanguine adspersa, & exercitus cœli, qui sequebantur eum in equis albis.

Equi albi coloris atque vestes albæ, ut victorum atque triumphantium insignia, apud Romanos erant in usu. De palmis loquitur alio in loco D. Johannes (*r*) his verbis: „ Vidi turbam „ magnam, quam nemo dinumerare poterat, ex omnibus genti- „ bus & tribubus & populis & linguis, stantes ante thronum, & „ in conspectu agni, amictos stolis albis & palmæ in manibus „ eorum.

(*q*) *Apocalyps.* cap. XIX, 11 sqq.
(*r*) Ibid. cap. VII, 9.

DISSERTATIO

de sepulcris Romanis in agro Schwetzingano repertis,

Cum Appendice

de veteri Solicinio, hodie Schwetzingen.

Auctor
Casimirus Hæffelin.

Inter florentes Rheni & Nicri ripas est locus musis gratus, quem suis ipsæ manibus fecisse charites atque excoluisse videntur. Eximiis nitet ille ornamentis ad otia & delicias apprime instructus; nec deest illi quidquam, quod allicere oculos, sensusve recreare possit. In hoc ipso amœnissimo loco sub oculis principis atque in ejus quodammodo conspectu detectum est monumentum singulare quoddam & observatu dignum, sed a quo loci amœnitas abhorrebat. Sub floribus enim latitabant funera: sub viridi cespite urnæ, cineres, ossa, cadavera jacebant sepulta. Parcite enimvero, quod ubi omnia hilare quid & festivum spirant, e tam læto campo ad triste & lugubre argumentum ego vos traducere instituam. Parcite, & jam non gratam & elegantem hortorum faciem, sed quæ sub ea latent, luctus monumenta investiganti pro vestra humanitate & benevolentia favete.

Hoc enim a majoribus accepimus, ut funerum reliquias singulari quadam veneratione, religiosoque cultu prosequeremur. Neque deest in sepulcrorum investigandis monumentis utilitatis ratio: quid enim ad dilucidandos populorum usus, ritusque antiquæ religionis, dicamne, an superstitionis evolvendos magis quam

quam hæc ipſa monumenta conferunt? Unde operæ pretium ducimus, ea quæ apud nos detecta ſunt Romana ſepulcra, rite perpendere ac ſedulo perſcrutari.

In villa regia, quæ caſtello Schwetzingano adjacet, eminebat tumulus, qui colli ſimilis in extrema viridarii parte aſſurgebat, & trecentos amplius pedes ab orientali ad occidentalem plagam protrahebatur. Diſplicebat collis, atque in tam amœna hortorum planitie merito diſplicebat. Hic forte minuitur, adjacentique ſolo adæquatur. Sed tres quatuorve pedes ubi fodiunt, en! longa corporum ſeries; en! urnarum quibus oſſa cineresque continebantur, magna copia ſeſe prodit. Corpora non confuſa, ſed certo quodam ordine, ita diſpoſita erant, ut caput magis elatum ferrent, & facie ad orientem ſolem reſpicerent. Urnæ vero nullo ordine jam plures, jam pauciores inter unum alterumve corpus jacebant; ſparſis hinc inde haſtis, enſibus, clypeis, forcipibus, vitreis, teſtaceisve vaſibus, nec non aliis tam bellicis quam funereis inſtrumentis. Quam late patebat tumulus, tam late urnæ & cadavera ſeſe manifeſtabant: deſinente colle deſinebant & ſepulcrorum veſtigia; ita ut dubium eſſe nequeat totam illam trecentorum pedum aream ſepulturæ locum fuiſſe, atque hunc iisdem, quibus collis continebatur limitibus, circumſcriptum eſſe.

Primum hoc ſepulcrale monumentum eſt, quod in his oris detectum ſit. Anno ſubſequente inventum eſt alterum a priori paucis duntaxat millibus diſſitum; utrumque antiquitatis æque ac novitatis ſtudioſis pergratum; atque eruditorum obſervatione eo magis dignum, quod hiſtoriæ lumen aliquod inde affundi poſſit. Quo enim rariora ſunt in hoc tractu vetera monumenta, eo incerta magis apud nos eſt antiquorum temporum hiſtoria, eoque magis tenebris involuta, ut quidquid lucem afferre poteſt, minime negligendum nobis videatur.

In regionibus ad lævam Rheni ripam ſitis non ita raro ſepulcra, urnæ, ſarcophagi reperiuntur, ut videre eſt Moguntiaci, Coloniæ Agrippinæ, Argentorati, Spiræ Nemetum, & in antiquo

 Vangio-

Vangionum oppido, ubi frequentia hujusmodi monumenta deteguntur. At in dextra Rheni ripa & in Nicri tractu insolitum quid, atque minime obvium est, si quod Romanum sepulcrum inveniatur. Neque vero ullum in hac nostra regione in lucem prodiit præter duo illa, de quibus nobis sermo est, & quorum alterum Schrishemii, alterum Schwetzingæ erutum est. Primum magna laude a clarissimo Schœpflino descriptum; (s) *monumentum praecellens*, ut ipse ait, *& apud Germanos transrhenanos vix visum*: alterum æque præstans, nec minus præcellens, at rudiore penicillo delineandum & pro mea jam tenuitate describendum.

Sepulcrale hoc monumentum, sive loci situsque rationem, sive urnas, sive corpora, sive instrumenta, quæ adsunt, spectes, magnam rerum segetem offert. Atque ut ab ipso tumulo exordium ducamus, naturane constitutus est? an mortuorum ibi depositorum exuviis paulatim excrevit? omnesne illæ urnæ, omniaque illa corpora unum idemque sepulcrum constituunt? an tot diversa, quot urnæ & corpora diversa habentur, constituere dicenda sunt? quid? quod alia igne consumpta, alia intacta igne atque integra fuerint? quid demum enses, clypei, hastæ? quid alia instrumenta, quæ ibidem reperta sunt? Hæc ubi singula explorantur, atque ab eruditis diligenter expenduntur, varia varii conjicere, & pro suo quisque studio in diversas abire sententias: alii militare sepulcrum asserere; alii pacificam, non militarem sepulturam agnoscere; illi cruenti prælii vestigia; hi tranquillam coloniæ sedem ex iisdem indiciis eruere; alii Germanis, alii Romanis, alii demum utrisque hoc monumentum tribuere. Plerique incerti atque ancipites dum hærent, ab uno, ut fieri solet, ad aliud devolvuntur, & quid tandem statuant, nesciunt. Nonnulli ex urnis honores funebres colligunt, quibus alii utebantur, aliis uti non licebat; sed si specialis quædam honoris aut dignitatis ratio urnis annexa videatur, num civem a cive, an Romanum

(s) In *act. acad. Palat.* tom. II, pag. 107.

num a Barbaro distinguebant? Hæc & alia plura quamvis ab erudita disquisitione non sint aliena, duo tamen capita præ reliquis hic investiganda nobis veniunt: pacificum, an militare hoc monumentum dicendum sit? Romanis, an Germanis adscribendum? in quibus evolvendis ita versabimur, ut monumenti ætatem, & quidquid ad historiæ utilitatem ex eo hauriri possit, minime negligamus.

Certum enimvero exploratumque omnibus habetur, ut morum, ita funerum rationem diversam diversis gentibus fuisse: Ægyptiis & Asiaticis sumptuosa, Græcis religiosa, Romanis & religiosa & magnifica; Hircanis, Caspiis, Hibernis & Troglodytis partim ridicula, partim inhumana fuere. Hoc pyramides Ægypti, Asiæ mausolea, Græcorum hypogea, Romanorum varia & illustria monumenta; hoc ipsa Scytharum & Barbarorum funera testantur. Illi magnam in ipso luctu ostentationem præ se ferebant, nec tam mortuis quam sibi ut facerent satis, stupenda illa magnificentiæ monumenta erigebant, atque pro suo non tam doloris quam gloriæ studio immensam operis molem regiis sumptibus perficiebant. Hi non mausolea arte facta, sed tumulos sanguine suorum conspersos, atque humanis victimis cruentatos ambiebant; neque feroci suo dolori satis indulsisse existimabant, nisi luctum gravi vulnere aut ipsa morte manifestassent. Ita Scythæ, ut alios sileam, parvi ducebant, mortuorum ossa vino & lacte perfundere, unguenta, aromata, coronasve & serta tumulo injicere; (hæc enim mansuetos & urbanos populos decebant) diis manibus non credidissent fecisse satis, nisi, ut refert Herodotus, (*t*) auris partem amputarent, crinem evellerent, brachia dilaniarent, frontem, nasumque sauciarent, manum digitosve sagittis trajicerent.

Hæc tam varia, tamque diversa funerum ratio populorum mores, indolemque exprimebat, atque etiam nunc exprimit. Uti,

(*t*) *Herodot: Melp.* 72.

Uti vero mores, usus, legesque, ita & ritus funerei ab una sæpe gente ad aliam diminarunt: ab Ægyptiis Græci, a Græcis Romani, a Romanis Galli & Germani suos plerosque religiosos & funebres ritus acceperunt. Ita tamen ab uno ad alium populum defluxere, ut singuli ritus alienos sibi suoque genio accommodarent.

Qui fuerit apud Gallos & Germanos funerum ritus, non ex eorum quidem monumentis, quorum nulla ad nos pervenerunt, sed ex eorum tamen, qui ipsorum funera descripserunt, annalibus colligere licet. De funere Gallorum Cæsar ita refert: *funera sunt pro cultu Gallorum magnifica & sumptuosa.* Quidquid vivis cordi fuerat, id omne rogo injiciebatur, nec ipsis adeo servis & clientibus, quos ab iis dilectos esse constabat, parcebant, sed acto funere una cremabantur. (u) Germanis vero teste Tacito, (x) „funerum nul„la ambitio, monumentorum arduum & operosum ut gravem „defunctis aspernantur. Id solum observatur, ut corpora claro„rum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec vesti„bus nec odoribus cumulant: sua cuique arma, quorumdam „igni & equus adjicitur. Sepulcrum cespes erigit.„ Quod Tacitus subjungit, magno Germanis honori est: *lamenta & lacrymas cito, dolorem & tristitiam tarde ponunt.* Rationem quæris? præsto est; *feminis enim apud eos lugere honestum est, viris meminisse.*

Schwetzinganum sepulcrum sepulcris Germanorum si conferas, his illud non absimile videbitur, atque Germanorum simplices mores in eo non inepte adumbrantur. Neque enim monumentorum operosus labor, arduave moles hic habetur; cespes tumulum erigit. Hoc omnino favet; & monumentum Germanis, non Romanis vindicat. Attamen si rem propius inspiciamus; si ensium clypeorumve formam, quin immo inscriptionum quædam fragmenta, & nummos, & vasa, aliaque omnia rite perpendamus, hæc Romanis convenire, non Germanis facile intelligemus.

Neque

(u) *J. Caes. de bello Gall.* lib. VI, 19.

(x) *Tacit. de morib. Germ.* cap. 27.

Neque enim dubia indicia esse possunt & nummi, & inscriptionum fragmenta, & urnæ, atque alia instrumenta Romana, quæ in hoc ipso tumulo reperta sunt. Obliterati quidem nummi, fractæ atque dissipatæ inscriptiones, sed non ita destructa omnia atque erasa, ut Romani caracteres cognosci, atque clare distingui non potuerint. Urnæ pleræque allisæ & comminutæ, at plures integræ nunc etiam servantur; atque inter has una est, uti materia, ita forma præstantior, quæ præter cineres & ossa, hastæ cuspidem, disruptum clypeum, ensis laminam in orbem retortam, plura vasa vitrea igne soluta, cultellos, forcipes, unum alterumve nummum continebat.

Moris erat apud Romanos variam defunctis supellectilem tribuere, & una cum cineribus urnis committere. Hinc pretiosa monilia, armillæ, annuli, atque omnis generis instrumenta in sepulcris & in urnis reperiuntur. Pro sua quisque nimirum aut dignitatis, aut opum facultatumque ratione funera sibi, suisque peragi volebat. Neque alia ex causa urnas jam æneas, jam lapideas, jam figlinas adhibebant. Trajano & Septimio aurea, Alexandro Severo ex lapide pretioso data est. In Italia æneæ, vitreæ, marmoreæ, in coloniis transalpinis figlinæ aut lapideæ plerumque habentur, rarissime vero extra Italiam æneæ aut marmoreæ reperiuntur, vel quia pauci Romani principes in coloniis supremum diem obierunt, vel quia eorum, qui obierant, ossa & cineres Romam mittebantur, qua de re frequens nobis est in historia Romana exemplum, ut Drusi, Germanici & Septimii Severi, qui cum in Britannia e vivis excesserat, ejus ossa aureæ ollæ commissa & Romam relata sunt.

In tumulo Schwetzingano repertæ sunt sexaginta & amplius urnæ; sed omnes testaceæ seu figlinæ, præter illam æneam, quam jam descripsimus, & quæ coloniæ præfectum, exercitusve ducem procul dubio continebat. Spiræ Nemetum inventæ sunt urnæ ejusdem, atque hæ nostræ, operis ac materiæ. Sunt fulvi seu rubicundi coloris; atque argilla, ex qua fiebant, in agro Spi-

renſi & Schwetzingano facile agnoſcitur. Præter urnas in Schwezingano tumulo multa erant cadavera uno ordine ſtrata, terraque obruta. Unde in aperto eſt humandi æque ac cremandi ritum apud Romanos in uſu fuiſſe.

Neque vero exiſtimes velim, duplicem hunc ſepeliendi modum temere receptum, aut ſolo uſu habituve introductum eſſe. Prima etenim hujus diſcriminis ratio altius repetenda, & a veterum philoſophorum doctrina, a qua promanavit, deducenda eſt. Ii nimirum, qui omnia volebant ex igne conſtare, cum Heraclito docebant corpora debere in ignem reſolvi; qui vero cum Thale affirmabant omnia ex humore procreari, corpora terræ tradenda eſſe aſſerebant, ut humore quoque reſolverentur. Pauci e philoſophis humationem, multi combuſtionem rejiciebant; Ægyptii & Perſæ hanc plane abhorrebant; Græci & Romani utramque admittebant. Quanquam humatio antiquior, & ipſi adeo naturæ ac primævis hominum moribus magis conſentanea videtur; ut recte Tullius ait: *Ac mihi quidem antiquiſſimum ſepulturae genus id fuiſſe videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur* (Cyrum autem humatum eſſe Xenophon refert). *Redditur enim terrae corpus, & ita locatum ac ſitum quaſi operimento matris obducitur.*

Prævalebat apud Romanos humandi ritus, atque eo tempore, quo respublica ab inteſtinis bellis tuta florebat, cremandi uſus parum cognoſcebatur. At ubi domeſticis diſſidiis moveri; ubi cives furore acti defunctorum corpora e ſepulcris protrahere, ludibrioque habere cœperunt, Romani tutius fore exiſtimarunt, ſi corpora igne conſumerentur. Hac ratione ductus Sylla, qui acerbiore in Marium odio incitatus eum e tumulo erui, & corpus ejus projici juſſerat, primus e gente Cornelia patricius fuit, qui igne cremari petierit, ne quam Mario intulerat contumeliam, hæc ſibi ipſi afferri poſſet. Ex hoc tamen cum Plinio, nolim, inferas, cremandi ritum apud Romanos non fuiſſe veteris inſtituti. In hoc enim Plinius a Plutarcho recedit; neque ſibi ipſe ſatis conſtat, cum alio in loco Romanis combuſtionem ab antiquo notam eſſe

indi-

indicet. Refert enim legem a Numa rege latam, qua rogum vino aſpergi vetabat. Eundem Numam Plutarchus narrat, priusquam e vita diſcederet, a ſuis petiiſſe, imo teſtamento etiam caviſſe, ne corpus ſuum combureretur. Quæ omnia profecto non ſapienter ſtatuiſſet Numa, ſi ſua ætate, quæ ad primævam Romanorum originem proxime accedit, omnia corpora humarentur, neque rogi jam tum Romæ in uſu fuiſſent. Utrumque & cremandi & humandi uſum Romanis fuiſſe antiquum, leges XII tabularum ipſæ teſtantur. Lex enim ſecunda tabulæ X de jure ſacro ſic habet: *Hominem mortuum in urbe ne ſepelito, neve urito.* Ex quo recte colligitur mortuos pro libitu vel ſepelire, vel urere extra urbem ab antiquis jam temporibus licitum fuiſſe.

Hunc utrumque funeris ritum, ut in urbe, ita in municipiis & coloniis Romani adoptarunt, ut clare perſpicitur ex tot ſepulcris in Gallia, in Hiſpania, in Rhætia, inque Germania paſſim detectis, in quibus, prout cineres vel ipſa corpora ſervabantur, jam urnæ, jam ſarcophagi inveniuntur. Rariſſime autem in uno eodemque tumulo, ut in hoc noſtro Schwetzingenſi, accidit corpora, quorum alia combuſta, aliaque combuſta non ſint, contineri. Iſelinus in erudita ſua epiſtola ad Montefalconium refert, in regionibus ſeptentrionalibus, in Cimbria, Dania, Suecia non raro urnas pariter & corpora igne non cremata reperiri. At de ſepulcris Cimbricis, non Romanis ſermo illi eſt; neque ullum ab ipſo, vel a Montefalconio adducitur Romanum monumentum, in quo hæc ſimul comprehenſa ſint. Certum tamen eſt, atque a Fabretto veterum monumentorum auctoritate comprobatum, utrumque ſepeliendi uſum, humandi æque ac cremandi, apud Romanos viguiſſe, atque eodem tempore, iisdemque in locis ſimul ſubſtitiſſe.

Atque illud ipſum in Schwetzingenſi ſepulcro clare perſpicitur, ſi tamen hoc ſolis tribuere Romanis nobis liceat. Sunt enim, iique non pauci, qui duas gentes hoc tumulo contineri ſuſpicentur, quique eos, qui urnis diſtinguuntur, Romanos, reliquos vero urnis deſtitutos barbaros, barbarorumque more ſepultos eſſe affirment. Prima hæc atque eruditis etiam probata

H 2 opinio

opinio fuit. Romanis enim vero hoc ipso in loco prælium fuisse cum Germanis, & ubi certaminis area fuerat, ibi & sepulturæ locum fuisse, non sine quadam veritatis specie asserebant. Quod si ad loci situm respicias, conjecturæ novum robur accrescit; locus enim hic affinis est Romanæ stationi, cui nomen Alta ripa; qui primus quasi limes, in quo Romani, ubi adversus Nicri & Rheni accolas arma movebant, subsisterent, primusque aditus erat, quo in Germanorum ditiones irruerent. Non mirum igitur Germanos, a finibus suis ut hostes arcerent, omnem opem atque operam impendisse, frequentesque assultus atque acerrima prælia inter hos & Romanos fuisse.

Hac ratione ducti plerique cum enses, hastas, clypeos in tumulo reperiri animadverterent, militarem sepulturam affirmare minime dubitarunt. Mox ubi ex una parte urnas, ex altera parte corpora sine urnis sepulta perspiciebant, jam victores a victis, Romanos a barbaris secernere se posse facile sibi in animum induxerunt. Urnæ enim, ajebant, victores, non victos decent. Romani scilicet suos rogo imponere, & urnis distinguere, barbaros vero, quos prælio vicerant, cum iisdem ac suos honoribus afficere nollent, terra obruere, atque ut ita dicam, ad pedes victorum sternere solebant, ut vel post mortem illis triumpho essent.

Hæc non aliena videntur ab iis, quæ Montefalconius refert de tumulo quodam, qui exeunte seculo posteriore in ditione Ebroicensi detectus est. Binos in colle lapides termini more positos cum vir quidam nobilis in villa sua observasset, reconditum quidpiam sub iis latere suspicatus, eos amovere jussit, nec spes eum sua fefellit. Nam præter sepulcrum, duplici ingentis molis saxo constructum, sexdecim octodecimve corpora in vicino agro reperta sunt „eodem situ extensa, uno ordine atque linea dispo-
„ sita. E latere cadaverum hujusmodi solo octo pollicibus altiore
„ semiusta ossa, admixtis magna copia cineribus, deprehensa sunt.
„ Ibidem congeries lapidum, in cujus medio fracta urna cineri-
„ bus carbonibusque repleta: sublimius uno pede atque dimidio

stra-

„ ſtratum cinericium erat, quod memorata ſemiuſta oſſa contege-
„ bat. „ Quæ omnia ubi recenſuit Montefalconius, „ nihil du-
„ bii eſt, inquit, duarum hîc nationum ſepulturam fuiſſe. Cor-
„ pora illa integra eodem ordine & linea poſita, cujuspiam bar-
„ baræ gentis erant, quæ incurſionibus vicinos Gallos infeſta-
„ bat. . . ii, quorum corpora aduſta, Galli erant; illi enim, ut
„ jam diximus, mortuorum cadavera cremabant: forteque bar-
„ bari illi in bello capti Manibus defunctorum Gallorum immolati
„ fuerant. „

Ea inter noſtrum & hoc a Montefalconio relatum monumentum intercedit affinitas, ut ſi uno, in altero quoque duæ nationes diſtinguendæ videantur: nimirum victrix altera, quæ ſuos urnis contineri voluit; altera victa, quæ eundum ſuis honorem exhibere, etiamſi voluiſſet, non potuit. Quid plura? his rationibus ducti plerique militare monumentum agnoſcunt, atque una quaſi voce non tantum certaminis aream, & militaris ſepulturæ tumulum aſſeverant, ſed etiam opinionem ſuam erectò monumento & appoſita inſcriptione confirmant. (y)

(y) Monumentum in eo ipſo loco poſitum eſt, ubi urnæ & oſſa inventa ſunt. Ex una parte legitur:

MARTIS ET MORTIS
ROMANOR. AC TEUTONUM
AREA
INVENTIS ARMIS
URNIS ET OSSIBUS
INSTRUMENTISQUE ALIIS
AN. MDCCLXV DETECTA.

Et ex altera monumenti parte ſic habetur:

PACIS ARTIBUS
VITÆ SUÆ DELICIIS
ÆQUATO VII PED. SOLO
VINDICAVIT
CAR. THEODORUS EL.
ET M. H P. C.
MDCCLXVIII.

Ab aliorum ego ſententia quamvis non niſi invitus diſcedam, neque is mihi ſit animus, qui aliorum judicium meo judicio poſthabere velim: tot tamen tamque graves me urgent rationes, ut illorum judicio aſſentiri nullo modo poſſim. Pacificum, non militare mihi videtur hoc monumentum; atque ii ipſi, qui nobis adverſantur, ſi quid militari, quid pacifico conveniat, probe inſpexerint, rem non aliter habere ſe poſſe fateantur neceſſe eſt. Acto enim prælio, ubi omnia turbis plena, ubi quidquid agitur, tumultuarie agitur, quî, quæſo, fieri poſſit, ut ſingula corpora eo ordine diſponantur, quo hîc rite diſpoſita habentur; ut ſingulorum oſſa & cineres urnis recipiantur, nec tantum præfectus, tribunusve a tribuno, ſed a milite miles, ſuo quisque loco, ſuaque urna diſtinguatur? In tumulo a Montefalconio deſcripto habentur cineres & oſſa in molem congeſta; hæc ſepulcro militari favent: quanquam non omnia æque favere videntur, ut corpora eodem ſitu, uno ordine atque linea extenſa; ut ſepulcrum ingentis molis lapide conſtructum, cui ſuppoſitum erat aliud ſepulcrum pari cura atque ordine diſpoſitum, in quo tria corpora & tres urnæ reperta ſunt. Barbaros illos tempore belli captos atque Manibus Gallorum, qui in pugna occubuerant, immolatos eſſe cenſet ſæpe laudatus Montefalconius. At enim ſi in bello capti, Manibusque Gallorum immolati, cur funebres honores obtinuerunt? Cur triplici ſepulcro diſtincti, atque adeo urnis recepti ſunt? Hoc ab ipſis barbaris, non a Gallis factum eſſe nobis videtur, ut duces ſuos vel reges a gregario milite, uti fas erat, diſcernerent.

In tumulo Schwetzingano nihil plane militari funeri favet. Oſſa enim & cineres non in cumulum congeſta, ſed urnis rite ſepoſita; corpora non confuſe & absque diſcrimine coacervata, ſed ſingula probe diſtincta, prout in civili & urbana ſepultura fieri ſolet.

Referunt a Solone ſapienter excogitatum, ut reſeratis antiquis monumentis ex ipſo ſitu & defunctorum poſitione probaret Salamina juris & ditionis Athenienſium fuiſſe, non Megarenſium.

Oſten-

Ostenderat quippe Athenienses omnes certo quodam ordine positos jacere, Megarenses vero temere & sine discrimine sepultos esse, qua invicta ratione Salamina optimo jure a suis occupatam esse demonstravit. Non alio nos argumento adversus eos utamur, qui hoc monumentum militare, non pacificum esse volunt. Recludant ii sepulcra militaria, recludant pacifica. Ex ipso situ corporum utraque facile dignoscent. In iis enim omnes in unum conjectos, uti & nunc post pugnam confuse & temere conjiciuntur, perspicient: in his singulos singulari funere sepultos, situ & loco distinctos deprehendent. In illis vix una alterave urna, quæ exercituum præfectum ducemve contineat: in his longa urnarum series, ut in hypogeis, columbariis, (z) aliisque sepulturæ locis animadvertitur. Atque si belli annales evolvas, receptosque militiæ & togæ usus conferas, rem non aliter se habere, fatearis, necesse est.

Novimus enim vero Romanis & Græcis nihil antiquius fuisse, quam ut peracto prælio iis, qui in pugna occubuerant, funebres honores decernerentur, sed quinam illi honores? non alii, teste Livio, Floro, Tacito, Plutarcho, quam ut uno omnes vel rogo concremarentur, vel tumulo humarentur, eo prope modo, quo *Lacedæmonii* apud Thermopylas uno omnes tumulo sepulti, unaque inscriptione insigniti fuere; aut ea ratione, qua Romanus exercitus *trium legionum ossa, nullo noscente, alienas reliquias, an suorum humo tegeret, omnes ut conjunctos, ut consanguineos*, uno eodemque tumulo condiderunt. (a) Soli tribuni a militibus quandoque secernebantur. Ita Eumenides in Orcinio agro alium rogum tribunis, alium militibus erexit. Ita post Platæensem pugnam Lacedæmonii tria sepulcra, unum sacerdotibus, alterum Spartiatis, tertium servis & mancipiis constituerunt. Sed hæc novo nobis argumento sunt, nedum nobis adversentur. Si enim omnes sacerdotes,

si

(z) In Columbario ann. 1726 in via Appia detecto repertæ sunt supra centum & mille ossuariæ ollæ.

(a) *Tacit. annal.* lib. 1, cap. 62.

ſi omnes tribunos , reliquosque omnes milites uno rogo concremabant , nulla ratione fieri potuit, ut ſingulorum oſſa & cineres urnis diſtinguerentur, quemadmodum in Schwetzingenſi tumulo diſtinguuntur.

Si una alterave urna, aut ſola illa ænea , de qua ſermo nobis fuit, in hoc noſtro monumento deprehenſa eſſet, reliquorum vero cineres & oſſa in molem conglomerata jacuiſſent, tribunum aliquem exercitusve ducem a gregario milite hac ratione diſtinctum eſſe ultro fateremur. Sed cum alios ab aliis ſepoſitos omnes, atque ſingulos ſingulatim ſepultos habeamus, hoc pacifico & urbano convenit funeri , militari profecto non convenit.

At enim, inquies, haſtæ, enſes, clypei paſſim hoc in tumulo reperti ſolos milites decent, neque dubiis indiciis militarem ſepulturam comprobant. Verum eſt equidem hæc bellica inſtrumenta non niſi milites decere , at non æque certum eſt ea non niſi ſepulturam militarem, certaminisve aream indicare. Etenim & Pompeio , & J. Cæſari, quamvis uterque extra pugnam occubuerit, arma tumulo impoſita eſſe novimus. Alexandrum Magnum cum armis ſepultum, quamvis neque hic hoſtium manu ceciderit , Diodorus Siculus refert. Similiter & in Theſei ſepulcro, qui Athenis morte ſua obierat, æneam haſtam & enſem repertos eſſe Plutarchus teſtatur. Ii omnes nimirum, qui militiæ aliquando adſcripti fuerant, etiamſi pacificos lares repetiiſſent, atque inter ſuos domi vita defungerentur , armis ſuis tanquam priſtinæ fortitudinis inſignibus decorari volebant.

Uſu receptum erat apud Romanos æque ac Græcos, ut quidquid defuncto vel in vita ad laudem, vel poſt mortem ad gloriam immortalitatemque conducere poſſet, id rogo imponeretur, & una cum cineribus urna receptum terræ traderetur. Qui coronas & laureas, dum viveret, obtinuerat, laureatus & coronatus tumulo inferebatur; imperatores, exercituumve duces, qui triumphum egerant, triumphali pompa, conſules conſulari, cives civico honore, militarique milites pro ſua quisque conditione aut dignitate

ſepeliebantur. Socratem ferunt, ubi lethalem potum hauſerat, ab uno e ſuis diſcipulis pallio involutum eſſe, ne ſcilicet ſine philoſophico paludamento philoſophorum princeps obiret. Similiter Tibullus, ſi poetam philoſopho conferre fas eſt, carmina urnæ ſuæ injici, utpote qui carminum ſtudio floruerat, exoptaſſe fertur. Usque eo mortales ſua & ſtudia, & diſciplinam, & mores, quibus in vita utebantur, in ipſa morte præ ſe ferebant, atque etiam nunc præ ſe ferunt.

Non alia ratione in coloniis res ſe gerebat. Funera enim, ut in urbe, ita in municipiis & in colouiis pro diverſa ætatis, ſexus, aut conditionis ratione diverſa fuere. Lilia, roſæ, aliique flores infantium & puellarum tumulos; armillæ, monilia, ornamenta comarum, unguentorum atque aromatum munera tumulos feminarum decorabant: enſes, haſtæ, clypei viros in morte æque atque in vita decebant.

Colonos pleroſque vel ipſos fuiſſe milites, vel a militibus originem traxiſſe quis eſt, qui neſciat? Romani nimirum veteranos, ſeu emeritos milites (*b*) in colonias deducere, atque in hoſtium, quos devicerant, agros immittere ſolebant, tum ut militiæ & laborum ſuorum præmia ferrent, tum ut imperii limitibus præſidio & tutelæ eſſent. Quod cum in omnibus fere coloniis obſervarent, tum in iis profecto minime negligebant, quæ in extremis imperii partibus, quales provinciæ ad Rhenum, Danubiumve, ſita erant, collocabantur.

Argumentum e nummis coloniarum deducimus, quod ad hanc rem dilucidandam mire confert. Etenim in iis aquilæ legionariæ, vexilla, & ſigna militaria non raro habentur. Ita in nummis Auguſti, Tiberii, Veſpaſiani, Septimii Severi, Caracallæ, Heliogabali, aliorumque ſæpiſſime occurrunt. Quid vero

 hoc

(*b*) *Lucan.* 1, 344.

Quæ ſedes erit emeritis, quæ rura dabuntur,
Quæ noſter veteranus aret, quæ mœnia feſſis?

hoc aliud quam militarem colonorum conditionem, aut si mavis, eorum militarem originem nobis indicat.

Atque hæc colonorum militaris conditio luce clarius ex eo colligitur, quod coloni sub vexillo & signis militaribus in agros lege definitos deducebantur; qua de re testes habemus Ciceronem, Plutarchum & Appianum. Narrat enim Appianus (c) milites, qui perfuncti fuerant stipendiis, id est, veteranos sub uno vexillo, & sub uno duce coloniæ in fanis & lucis substitisse. Plutarchus (d) vero tanquam portentum mali ominis refert, coloniæ Carthaginem deducendæ vexillum fractum esse. Denique Tullius (e) non uno in loco vexilli, ubi de coloniis agitur, meminit, atque in oratione pro lege agraria vexillum Campanæ coloniæ ipsi reipublicæ timendum asserit. Unde Turnebus in hanc rem præclare ait: (f) „ Qui coloniam deducebat, colonos, qui plerum-„ que milites erant, sub vexillo ducebat, & milites confectis sti-„ pendiis exauctorata legione sub vexillis habebantur, dum præ-„ mia emerita reciperent, aut in agros deducerentur. „

Quid mirum igitur, apud colonos usus ritusque militares viguisse, atque eos cum hasta & ense militum more sepultos esse? Neque tamen ex hoc inferas, velim, colonorum sepulcra de sepulcris militum dignosci non posse. Ubi enim, ut in Schwetzingano tumulo, cuncta certo quodam ordine disposita; ubi corpora alia ab aliis rite distincta, vel singulorum cineres ossaque urnis comprehensa sunt, ibi coloniæ cujusdam aut pacificæ mansionis sepultura, etiamsi arma adfuerint, recte statuitur. Militaris vero sepultura ea censeri debet, in qua membra hinc inde sparsa, aut cinerum acervus, aut corporum congesta moles habetur.

Quem-

(c) *Appian. bell. civ.* 1. p. 353.

(d) *Plutarch.* libr. 1.

(e) *Philipp.* 11. 40. *Agrar.* 11. 32.

(f) *Turneb.* lib. 4. cap. 13.

Quemadmodum vero non omnes coloni ejusdem originis, conditionisve erant, sed alii militaris, alii civici juris habebantur, ita facile intelligitur, cur alii cum armis, alii sine armis sepelirentur, prout nimirum a milite, vel a cive nomen ducebant. Atque hac quidem ratione Vaillantus coloniæ Cæsareæ Augustæ nummos interpretatur. In hujus enim coloniæ nummis duplex habetur typus: vel enim colonus boves agere, vel signa militaria præ se ferre cernitur: unde alterum typum ex plebe traductos cives, alterum veteranos in coloniæ subsidium missos significare docet. Pari modo Sigonius Titi nummum explanat, in quo colonum simul & boves agere, & vexillum sustinere cum perspexisset, cives ex urbe, colonos ex veteranis in eam coloniam transmissos recte judicavit. Ut diversæ igitur originis coloni fuere, ita diversos ritus, diversaque funera admittebant.

Simili prorsus modo intelligitur, cur alii urnis utebantur, alii non utebantur. Novimus enim inter Romanos gentes seu familias fuisse alias, quæ combustionem, alias quæ humationem adoptarant; itaque coloni cremandi, vel humandi usum admittebant, prout ab iis admittebatur, a quibus originem trahebant: nisi tamen dicere malueris apud colonos æque atque apud cives pro suo quemque arbitrio & libitu sepeliendi ritum sibi assumpsisse.

Sed de his satis. Certum enim vero omnibusque exploratum est, Schwetzinganum tumulum colonis, non militibus convenire. Coloniam igitur Romanam in agrum Schwetzinganum, aut si mavis, in agrum Lupoduni deductam esse inde colligimus. Neque vero hæc opinio temere asserta videbitur iis, qui monumenta in hoc agro reperta probe inspexerint. Etenim & balnea, (*g*) & columbarium, (*h*) & hæc ipsa, quæ modo descripsimus, colonorum sepulcra non nisi coloniæ sedem indicant, atque eorum profecto sententiam plane evertunt, qui Romani imperii limites cis

 Rhe-

(*g*) *Act. acad. Theod. Palat.* T. II, pag. 107.
(*h*) Ibid. vol. III, p. 213.

Rhenum constituere voluerunt. Neque enim Romani, uti jam diximus, aut balneum, aut columbarium, aut alia quævis pacis monumenta; nisi res tuta & secura iis fuisset, in hac nostra regione posuissent. Hæc enim non in hostili campo, sed in loco sibi grato & amico, aut certe in regione sibi subdita, ut ipsa rei natura docet, constituuntur.

Recte animadvertunt ii, qui veterum monumentorum vestigia diligentius inquirunt, in hostium finibus aras votivas, sacella, signa deorum, aliave divis sacra monumenta reperiri, sepulcrales vero titulos, aut sepulcra inveniri nulla. Neque in hoc imprudenter se Romani gerebant, cum imperii titulares deos barbaris sacrum imprimere horrorem, aut sacrilegas eorum manus arcere existimarent. Defunctorum vero corpora non ita hostili solo committere volebant, ne ludibrio verterentur, aut eorum cineres & ossa violarentur.

Atque hoc quidem argumento ii utebantur, qui sinistram Rheni ripam tanquam imperii limitem constituerunt. Ex hac enim parte, ajebant, sepulcrales lapides, urnæ, sacrophagi, aliaque funerum monumenta inveniuntur, ex altera vero Rheni parte, vel in Nicri tractu nulla habentur; quia Romanis ad Rhenum usque tuta omnia & secura erant, ultra Rhenum hostibus omnia infestabantur. Sed enim cum in hac ipsa dextra Rheni ripa, atque in Nicri tractu frequentia nobis Romanorum sepulcra detegantur, illo ipso argumento, quo adversus nos utebantur, nobis uti jam liceat. Sunt in dextra Rheni parte, sunt ad Nicri oras monumenta pacifica, & quæ non nisi pacis tempore fieri poterant, ut columbarium, ut tumuli sepulcrales, ut balnea. Recte igitur colligitur ad dextram fluminis ripam, & ad Nicri oras Romanis sedem, & quidem sedem pacificam aliquando fuisse. Atque in hoc quidem tractu agros Decumates positos fuisse censemus, ut alibi demonstravimus (*i*) Unde ea, quæ de iis pertractavimus, ex his, & hæc ex illis novum robur novasque vires

(*i*) *Acta acad.* vol. III hist. pag. 191.

vires acquirunt, ita ut in dubium revocari jam non possit hanc regionem, ut Taciti verbis utar, *acto limite promotisque praesidiis in sinum imperii & partem provinciæ cessisse.*

Quo vero tempore, quave ætate Romani coloni in his oris degere cœperint, ex Schwetzinganis sepulcris non ita facile determinare licet. Sunt qui corpora cremandi usum secundo seculo jam desiisse arbitrentur; atque juxta horum quidem opinionem non nisi primo secundove seculo illa nostra monumenta tribui possent. Sed enim apud Fabrettum corporis combusti mentio tertio seculo occurrit; atque urnarum usum exeunte tertio seculo non fuisse abolitum sepulcra in ipso Rheni tractu inventa, & a clar. Schœpflino relata comprobant. Quin imo Godefridus in legem codicis Theodosiani *de sepulcris violandis* animadvertit, sub finem quarti seculi hunc usum substitisse, atque ad Theodosii Magni tempora perdurasse; imperante vero Theodosio juniore, id est, seculo quinto ineunte, abrogatum esse Macrobius asseverat. Quidquid sit, e re tam dubia certum deducere argumentum nequaquam licet. Ex alio igitur fonte monumentorum nostrorum ætas haurienda est. In columbario, in balneis, atque in ipsis Schwezinganis sepulcris nummi reperti sunt plures, quorum alii ad Trajanum, ad Antoninum philosophum & Lucillam ejus filiam, alii ad Commodum, Albinum, Septimium Severum & Caracallam pertinent. Ex his nummis duo conjicere licet, primum imperante Trajano Romanis in hoc Rheni & Nicri tractu jam sedem fuisse; alterum eorum ditionem ad Caracallam usque trans Rhenum substitisse; quæ quidem conjectura historiæ & antiquis monumentis apprime congruit.

Tacitus enim, qui sub Trajano florebat, *imperii reverentiam ultra Rhenum, ultraque veteres terminos a populo Romano prolatam* nos docet; quod de nulla alia regione aptius, quam de hac nostra, quæ Rhenum inter, Nicrum & Moenum, aut, si mavis, de tota illa, quæ inter Rhenum & Istrum sita est, intelligi potest. Atque ipsum Hadriani vallum in his regionibus imperii limitem

haud dubiis indiciis manifestat. Spenerus (*k*) equidem hoc vallum jam sub Antoninis eversum, atque ab eo tempore Romanum imperium trans Rhenum non amplius exstitisse asserit. At vero monumenta sub Caracalla, Heliogabalo & Alexandro Severo in his oris erecta, (*l*) ipsaque civitas Aquensis, vulgo Baden, quæ ab Antonino Aurelio, alias Caracalla dicto, Aureliæ nomen accepit, tam claro quam invicto argumento demonstrant, imperii limitem Hadriani vallo circumscriptum ad Alexandri Severi, vel, ut mavult clar. Schœpflinus, ad Aureliani usque tempora illæsum substitisse, neque Romanos ante Germanorum sub nomine Francorum constitutam unionem e provincia transrhenana expulsos, tum vero imperii terminum ad lævam Rheni ripam reductum esse, donec Germani, ubi vires eorum invaluere, imperium undique lacessere cœperunt, & sub ejus tandem ruinis regnum Francorum, quod etiamnum floret, condiderunt.

Solicinium seu Schwetzinga antiquis monumentis illustrata.

Ea inter vetus Lupodunum & Solicinium intercedit affinitas, ut uno determinato alterum facile determinari possit. Neque enim Solicinium a Lupoduno, aut Lupodunum a Solicinio longe abesse poterat, cum unum idemque prælium, unam eandemque victoriam Marcellinus Solicinii, Ausonius Lupoduni nomine designarit. Illustravimus Lupodunum, & Francis Lupodunam seu Lobodunam fuisse eandem, quæ Celtis & Romanis Lupodunum, ostendimus. Solicinium illustraturi non ea hîc repetemus, quæ de ejus cum Lupoduno affinitate alio jam loco disseruimus. Unum ab altero non longe abfuisse certum est, atque in hoc quidem conveniunt

(*k*) *Notit. German. antiq.* lib. IV, c. II, p. 175.

(*l*) Vide *Act. acad. Theod. Palat.* T. III, p. 195, & *Alf. ill.* T. I, p. 248.

veniunt omnes. Neque aliam ob causam recentiores Sueviæ scriptores, qui Lupfense castellum antiquum Lupodunum esse contendebant, huic Lupfensi castello Solicinium proxime affinxerunt. Et nos Lupoduno nostro Solicinium affingere æquo jure potuissemus; sed ne ex dubio Solicinii situ ad situm Lupoduni dubium incertumque argumentum deducere videremur, de Solicinio nihil statuere maluimus, ejusque situm ancipitem atque indeterminatum reliquimus.

At postquam eruditorum quorumdam nobisque amicorum virorum consilio & ope Lupodunensem agrum diligentius perlustravimus, Solicinium non alio in loco fuisse, quam ubi hodie Schwetzinga est, pro certo habemus. Posito enim Lupoduni situ, qualem eum in dissertatione nostra de Lupoduno multis gravibusque rationibus stabilivimus, ea, quæ Marcellinus de Solicinio refert, de nulla alia, quam Schwetzingensis villæ positione intelligi possunt; neque ullum est in agro Lupodunensi oppidum, vicus, aut castrum, cui omnia tam apte conveniant, tamque commode tribui possint. Unde tanquam dissertationis nostræ de Lupoduno (*m*) appendicem pauca hîc de Schwetzinga, seu de veteri Solicinio adjungere decrevimus.

Tot tamque varia in Schwetzingensi villa reperta sunt Romanorum monumenta, ut sedem ibi Romanis fuisse in aperto sit. Neque vero eos transiisse tantum, aut brevi solum tempore substitisse ex eo patet, quod longam sepulcrorum seriem reliquerint, quæ funerum series non uno alterove anno, sed diuturno temporis spatio in tumulum trecentorum & amplius pedum augeri potuit. (*n*)

Hæc

(*m*) *Acta acad. Theod. Palat.* vol. III hist. pag. 185.

(*n*) Paucos ante dies, cum hæc jam jam prelo subjicerentur, exeunte scilicet Aprili MDCCLXXVII detecta sunt nova Romanorum sepulcrorum vestigia, urnæ & ossa, quibus vascula, annuli, enses, clypei, cuspides

Hæc luce clarius manifeſtant Romanam ſtationem, aut vicum, aut caſtellum, oppidumve hîc fuiſſe. Sed quodnam illi nomen fuit, quodve nomen illi vindicabimus? nullum aliud, quam Solicinii. Tria ſunt enimvero quatuorve loca in Palatinatu ad Rhenum, quibus Solicinii nomen ab eruditis datum eſt. Alii enim cum Rhenano Heidelbergam, aut Biliconem, alii cum Lazio Brettam, alii denique cum Bucherio vicum quemdam, qui *Sulzbach* vocatur, pro Solicinio acceperunt. At enim ſi ad Lupoduni ſitum reſpicias, & ea, quæ Marcellinus de Solicinio habet, rite perpendas, nulli horum convenire facile intelliges. Sulzbach enim præter remotam quandam cum Solicinio nominis affinitatem nihil plane offert, quod Auſonio aut Marcellino faveat. Bretta vero & Bilico, cum longius a Nicro atque ab agro Lupodunenſi recedant, de his Valentiniani victoria, quæ ad Nicrum & prope Lupodunum parta eſt, nullo modo intelligi poteſt. Facilius Marcellini narratio de Heidelberga, utpote quæ ad Nicrum, & duobus tribusve duntaxat millibus a Lupoduno ſita eſt, intelligi poſſet. Sed enim & Heidelberga cum Marcellini deſcriptione non ſatis cohæret, & quisquis locorum ſitum cum Marcellini verbis diligenter conferet, Solicinium quidem Heidelberga non procul diſtare, ſed Heidelbergam ipſam non eſſe perſpiciet.

Eſt

pides, peltæ, aliaque & funerea & militaria inſtrumenta admixta erant. Unicus adfuit nummus ex ære, qui Fauſtinæ junioris effigiem exhibebat. Hæc in loco a prioribus ſepulcris ſatis remoto, in ea ſcilicet Schwetzingæ parte, ubi hortus botanicus inſtituitur, inventa ſunt. Aderant etiam duo corpora, ſeu potius corporum nuda compages. Alterum abſciſſo capite: urna capitis locum tenebat, ipſum vero caput aliquot paſſus a corpore jacebat. Alterum dextra enſem, ſiniſtra peltam ferebat. Frena, inter quæ lupata, aliaque hujusmodi, quæ in tumulo ſuperius deſcripto deprehenſa non ſunt, equites hîc jacuiſſe oſtendunt. Hoc ipſo in loco cum aſſidue fodiatur plura forſan obſervatu digna detegentur, quæ ſuo tempore eruditorum examini ſubjici poterunt.

Eſt autem Heidelbergam inter & Lupodunum locus, cui & verba Marcellini, & Lupoduni affinitas, & ſitus locorumque ratio omnino favent; atque hoc eſt caſtellum Schwetzinganum. Si enim e ſpecula hujus caſtelli prælucente Marcellino regionem circumjacentem perluſtres, omnia a Marcellino deſcripta tam clare & tam manifeſte ſeſe produnt, ut ipſam aciem inſpicere, omnemque exercitus motum videre exiſtimes.

Venerat imperator Treviris cruentam ſtragem, quam Alemanni duce Randone Moguntiacis, cum ſolenni ritu Chriſtianorum more feſta celebrarent, intulerant; venerat, inquam, hanc nefandam cladem ulturus, atque ab Alemannis ultrices pœnas ſumpturus. (*m*) Alemannis inter Mœnum & Nicrum præcipua ſedes erat. Trajecto igitur flumine a Mœno ad Nicrum pergebat, & cum ad locum veniſſet, cui Solicinio nomen, velut obice quadam interpoſita ſtetit. Hic omnia ſollicite conſideranda, & ſingula, ut ita dicam, verba cum loci ſitusque ratione componenda ſunt. Stetit Valentinianus in loco, cui Solicinio nomen: hic locus obicem, vicinos ſcilicet montes opponebat. Stetit Valentinianus in hoc loco, quia barbaros longe conſpectos eſſe a præmiſſis exploratoribus audierat. „ Barbari enim nullam ad tuendam ſalutem viam „ ſupereſſe cernentes, niſi ſe celeri defendiſſent occurſu, locorum „ gnaritate confiſi, unum ſpirantibus animis montem occupavere „ præcelſum, per confragoſos colles undique præruptum & in„ vium, abſque ſeptentrionali latere, unde facilem devexitatem „ habet & mollem. „ En montes, qui Heidelbergam undique præcingunt, & a dextra Nicri ripa late diffunduntur. Ab aliqua itaque horum montium diſtantia Valentinianus ſteterat; neque profecto ad radicem montium ſtetit: imprudentis enim atque incauti ducis fuiſſet ad hoſtium ora ſeſe projicere. Atque hæc eſt ratio, cur cum Rhenano Heidelbergam pro Solicinio accipere non poſſim. In quonam igitur loco Valentinianum ſtetiſſe dicemus?

(*m*) *Amm. Marcell.* lib. XXVII. cap. X.

cemus ? In loco, qui & Nicro & Lupoduno vicinus, qui confragosos colles, montem præcelsum, undique præruptum & invium, declivitatem a parte septentrionali facilem & mollem, quique omnia ea, quæ a Marcellino referuntur, nobis prospicientibus objiciat. Quis primo intuitu Schwetzingæ situm non agnoscit ? tota hæc loci descriptio neque Beliconi, neque Brettæ, neque Sulzbachio, neque adeo Heidelbergæ convenit; Schwetzingæ vero ita convenit, ut melius convenire nequeat.

Sequamur enim vero Marcellinum, seu potius Valentinianum barbaros jamjam aggredientem. Arctoam montium partem, quæ clivum facilem & mollem Solicinio, id est, Schwetzingæ objicit, a suis occupari jubet. Ipse vero remota multitudine stipatorum, & nullo principum in consilium adhibito, cum paucis, quorum industriam norat & fidem, ad montium explorandas radices avolat, *praedicans, ut erat sui arrogans aestimator, inveniri posse aliam viam ducentem ad arduos clivos, praeter eam, quam inspexere procursatores.* Nulla tamen alia via erat, neque est, quæ a Solicinio, aut si mavis, a Schwetzinga ad arduos Heidelbergæ clivos ducat. *Per ignota itaque & palustres uligines tendens* eam montium partem, quæ magis ad orientem posita est, attingere conatur. Palustres hæ uligines omnem eam regionem occupabant, quæ a Bruchhausen ad Bruchsaliam usque protrahitur. Unde hæc ipsa nomina *Bruchsal* & *Bruchhausen* originem trahunt. *Bruch* enim Germanis idem ac paludes vel uligines Latinis sonat.

Sed redeamus ad Valentinianum. Dum per hæc devia & uliginosa loca ad radices montium tendit, latentes barbari ex insidiis prosiliunt, ac barbarorum manu imperator oppetiisset, nisi concitato repente equo per labilem limum, qualem inter Heidelbergam & Schwetzingam fuisse etiam nunc perspicitur, & a quo vicus *Leimen* nomen ducit, celeri fuga legionum se gremiis immersisset. Verum periculo adeo proximus fuerat, ut cubicularius, qui galeam ejus auro lapillisque distinctam ferebat, cum ipso tegmine penitus interierit, neque postea vivus aut interfectus reperiri

riri potuerit. Imperator tanto periculo elapſus non jam per ignota & paluſtres uligines, ſed per eam, quam ſpeculatores indicarant viam, ad arduum & undique præruptum montem, quem barbari occupant, progreditur. Hic mons olim Jethæ collis, nunc vero mons caprinus vulgo dicitur, Palatinæ ſtirpis antiqua ſedes, cui adjacet civitas Heidelbergenſis, & cui electorale inſidebat caſtellum, quod bellorum furore, temporumque injuria penitus dirutum eſt. A ſeptentrionali hujus montis latere, ut Marcellinus animadvertit, aditus patebat facilis & mollis. Per hunc igitur aditum imperator cum exercitu ſuo montem conſcendit, ſed ad celſiora evadere cum conaretur, obluctantibus Alemannis nonniſi magno virium niſu per hirta dumis & ſaxis aſpera loca *in editas ſublimitates* irrepſit. In editas, inquit Marcellinus, ſublimitates; neque enim ullus eſt montium, qui in hac Nicri parte tam ſublimis aſſurgat, atque inter omnes, ut mons caprinus, emineat. In hujus igitur montis jugo acerrimus partium conflictus exoritur, & dubia præliorum ſorte aliquandiu dimicatur, donec Romani, iniquiore quamvis loco pugnarent, hoſtes terga dare coegerint. Quid plura? Barbari Romanorum ardore fracti, metuque turbati ſylvarum ſe latebris abſcondunt, ubi tuti ac ſecuri deliteſcant, & unde ipſa ſylva ab Alemannis Alemannicæ ſylvæ nomen, quod modo habet, accepiſſe videtur. (o)

Hanc Valentiniani victoriam Auſonius cecinit, & triumphum, quem Auguſtæ Trevirorum redux una cum Gratiano cæſare & filio ſuo egit, his verſibus deſcripſit:

(o) Immenſa illa ſylva, quæ Hercinia vel Martiana dicitur, Alemannicæ ſylvæ nomen in ea parte accipit, ubi a Palatinatu ad Würtenbergicam ditionem vergit, ut in *Kiernbach*, *Maulbron*, *Sternfels* aliisque archiſatrapiæ Brettenſis locis, in quibus Allemannswald, Alemannica ſylva habetur, ſive ab Alemannorum in fugam redactorum tranſitu, ſive ab iis in hac ſylva commorantibus nomen acceperit.

Augustae veniens quod mœnibus urbis
Spectavit junctos natique patrisque triumphos:
Hostibus exactis Nicrum super & Lupodunum,
Et fontem Latiis ignotum annalibus Istri.

Victoriam Valentiniani & triumphum Ausonius non a Solicinio, ut Marcellinus, sed a Nicro & Lupoduno hujus regionis principe loco denominavit. Hinc Solicinii cum Lupoduno affinitas ex Ausonio recte colligitur. Sed verus Solicinii situs, locique ratio ex Marcellino desumi debet. Utrumque Schwetzingæ, & quidem soli Schwetzingæ tam apte, tamque commode convenit, ut optimo jure, ni fallor, Solicinii nomen illi vindicemus.

Rediit anno sequenti Valentinianus, ut eruitur ex lege, quam in Alta ripa, quæ Lupoduno & Solicinio proxime adjacet, eodem anno tulit. Rediit in hanc ipsam Nicri & Rheni regionem, atque ut ab ea infestos Alemannorum incursus arceret, castella & turres exstruxit, ut Marcellinus ad annum CCCLXIX, qui primus fuit post victoriam ad Lupodunum & Solicinium partam, nos aperte docet. (p) „Denique cum reputaret munimentum celsum „ & tutum, quod ipse a primis fundarat auspiciis, præterlabente „ Nicro nomine fluvio, paullatim subverti posse undarum pulsu „ immani, meatum ipsum aliorsum vertere cogitavit: & quæsitis „ artificibus peritis aquariæ rei, copiosaque militis manu arduum „ est opus adgressus. Per multos enim dies compaginatæ formæ „ e roboribus, conjectæque in alveum, fixis refixisque aliquo- „ tiens prope ingentibus stilis, fluctibus erectis confundebantur, „ avulsæque vi gurgitis interrumpebantur. Vicit tamen impera- „ toris vehementior cura, & morigeri militis labor, mentotenus „ dum operaretur sæpe demersi: tandemque non sine quorumdam „ discrimine castra præsidiaria inquietudine urgentis amnis exem- „ pta, nunc valida sunt. Ac talibus lætus exultansque, pro ani- „ mi

(p) *Amm. Marcell.* Lib. XXVIII, cap. II.

„ mi & temporis tutela conducens reipublicæ studium, ut officio
„ principis congruebat: ratusque aptissimum ad id, quod delibe-
„ rabat implendum, trans Rhenum in monte Piri, qui barbari-
„ cus locus est, munimentum exstruere disposuit. „ Hic ex
Marcellino adductus locus ea, quæ de Valentiniani victoria &
de situ Solicinii disseruimus, mirum in modum confirmat. Postquam enim præterlapso anno imperator, *hostibus exactis Nicrum super & Lupodunum*, Alemannos ad Solicinium profligaverat, sollicite redit, atque hanc regionem duplici munimento adversus barbarorum insultus tuetur. Ac primum quidem munimentum ad Rheni & Nicri confluentem constituit; aut potius jam constitutum contra urgentis amnis impulsum munit: alterum in monte Piri constituere conatur. Neque est, quod hæc nimium dubia & ambigua esse dicas. Certum est enim, primo post relatam a Valentiniano victoriam anno acta hæc esse, atque hoc ipso in loco, de quo agimus, acta esse æque certum est. Valentinianus enim magno animo concipiens & utilia, ut Marcellinus narrat, non solum Rhenum a Rhætiis usque ad Oceanum magnis communire molibus est aggressus, turresque excelsas & castella, qua Galliarum porrigitur longitudo, construxit; verum etiam trans flumen castra præsidiaria posuit, ac barbarorum fines perstrinxit. Denique ad locum venit, in quo ipse a primis fundarat auspiciis munimentum celsum & tutum, sed quod præterlabente Nicro fluvio paulatim subvertebatur. En munimentum trans flumen, seu in dextra Rheni ripa constitutum, præterlabente Nicro flumine. Quis confluentem Rheni & Nicri, quis Mannhemii situm hîc non agnoscit? Sed *cum reputaret munimentum paulatim subverti posse undarum pulsu immani, meatum ipsum aliorsum vertere cogitavit*, atque improbo militum labore fluminis meatum immutavit. Hoc ipsum de nullo alio tractu, quam de eo, quo Nicer a Lupoduno ad Rheni confluentem properat, intelligi potest. Hîc enim Nicri alveus immutatus, neque ullo alio in loco a primo meatu deflexit. Hîc immani undarum pulsu agros & villas, sæ-

pe subruit, ac pristinam sibi viam aperire, veteremque consequi alveum, qui apud Nicri insulam, vulgo Nekerau, videre est, magna vi nititur.

Imperator lætus & exultans, quod opus tantæ molis perfecisset, *ratusque aptissimum ad id, quod deliberabat implendum, trans Rhenum in monte Piri, qui barbaricus locus est, munimentum exstruere disponit.* Deliberabat nimirum Valentinianus, qua ratione Lupoduni & Solicinii agros, seu regionem, ex qua Alemannos pulserat, contra eorum incursus defenderet, atque ut iis omnem aditum præcluderet, in barbarorum finibus munimentum exstruere decrevit. In dextra Nicri ripa exsurgit alta rupes, quæ in omnem circumjacentem regionem dominatur, Francis olim *Abrinsberg*, nobis vero hodie *Heiligenberg*, seu mons sanctus dicta, quam ex altera Nicri parte mons caprinus, in quo Alemanni a Romanis devicti fuerant, erecta fronte respicit. Ex hoc edito monte, cui Velserus in thesauro suo Piri nomen primus dedit, aut potius a Marcellino jam datum primus restituit, imperator subjectam planitiem cum undequaque circumspicere, & Alemmanorum impetus facile repellere se posse intelligeret, munimentum in eo exstruere statuit, *utque celeritas effectum negotii faceret tutum, Aratorem monuit ducem, ut dum undique altum esset silentium, id arripere conaretur.* Hoc opus tamen tam clanculum perfici non potuit, quin Alemanni aliquid suspicarentur. Venerunt igitur & imperatorem supplices rogarunt, *ne calcatis pactis rem adoriretur indignam,* & contra datam fidem in Alemannorum solo præsidia poneret. Verum cum Alemmanni neque audirentur, neque illis spes ulla imperatorem a proposito suo dimovendi affulgeret, vim vi repellere aggrediuntur, & e propinquis collibus in Romanos irruunt, nec opinantes & seminudos opprimunt, ut vix unus superfuerit, qui ad imperatorem reversus cruenta facta nuntiaret.

An post hanc stragem Valentinianus consilium suum in monte Piri castellum ædificandi immutarit, aut plane deposuerit, an vero alio tempore magis opportuno perficiendum distulerit, ac

postea

postea feliciore successu confecerit, hoc equidem neque a Marcellino, neque ab alio coævo scriptore nobis proditum est. At ex monumentis in ipso hoc Piri monte detectis, & ab Apiano, (*q*) Heroldo, (*r*) Frehero, (*s*) Grutero, (*t*) Begero, (*u*) atque Ottone Culmanno (*x*) relatis certum est Romana præsidia ibi exstitisse. Etenim & inscriptiones & aræ votivæ, sacræque ædes, (*y*) & cameræ subterraneæ, (*z*) & numismata varii generis diversæque formæ in vicinis vineis & agris reperta, aliaque Romanorum monumentorum vestigia omne dubium tollunt, & stationem Romanorum militum hoc in monte fuisse demonstrant.

Sed enim cum aræ votivæ Jovi, Vulcano, Fortunæ, aut Mercurio sacræ, quales in monte Piri detectæ sunt, Valentiniano utpote Christiano imperatori adscribi nullatenus possunt, hinc eas ante Constantini & Valentiniani tempora jam substitisse recte judicatur. Unus e sociis nostris aram Jovis sub M, Aurelio erectam esse eruditis, gravibusque argumentis comprobavit; (*a*) atque huic quidem sententiæ eo lubentius assentimur, quod Tacitus suo jam tempore ditionem Romanam ultra Rhenum, ultraque veteres terminos prolatam esse nos doceat. (*b*) Ab eo vero tempore, quo Roma-

(*q*) *Inscript. German.* fol. 464.

(*r*) *De statu legion. in vet. Germ.* cap. XII.

(*s*) *Orig. Palat.* part. 1, pag. 26 & seq.

(*t*) *Corp. inscript.* pag. 15 & 52.

(*u*) *Thesaur. Palat.* pag. 45.

(*x*) *Spicileg. monumentorum Romano-Palatinorum cis Rhenum* 4.

(*y*) Vide ædem Visucio sacram in *act. Acad. Palat.* Tom. 1, pag. 202 & 203.

(*z*) Est locus quidem excavatus in monte Piri, vulgo *Heidenloch*, id est, gentilium fovea dictus.

(*a*) *Act. acad. Palat.* vol. 1, pag. 199.

(*b*) *De moribus German.* XXIX & XXX.

Romani imperii sui limitem ad Nicrum usque protulerant, perpetua in his oris bella fuere, & jam Germani, jam Romani regiones ad Nicrum sitas alternis vicibus occuparunt, prout felici aut infelici successu arma movebant. Unde Valentinianus, ubi Alemannos Nicrum super & Lupodunum expulerat, non tam primus montem Piri occupasse, quam ut montem jam diu Romanis sacrum tuto firmoque castello muniret, tentasse dicendus est. Paulo fusius hæc explanavimus, tum quia antehac de monte Piri nihil vel pauca admodum dicta sunt, tum quia nostram de veteri Solicinio seu Schwetzinga opinionem stabiliunt ac confirmant.

At enim, inquies, quæ affinitas inter Solicinium & Schwetzingam, aut quæ inter nomina tam diversa similitudinis ratio? Sunt videlicet multa vetera oppida, castella, municipia, aliave antiquis monumentis insignita loca, quæ rerum temporumque vicissitudinibus nomen suum ita immutarunt, ut de prima illorum denominatione nihil plane superesse videatur. Ita vicus Julius, Germersheim, Noviomagus Nemetum, Speir, Borbetomagus, Worms, Argentoratum, Strasburg, pristinam suam formam prorsus exuerunt, & nomina omnino diversa exhibent. Diversis tamen his nominibus eadem loca significari ex ipso eorum situ, & ex descriptione ab antiquis scriptoribus nobis relicta certo desumitur. Pari modo Marcellini narratio Solicinii situm determinat, atque ita clare indicat, ut nulli alteri, quam Schwetzingano castello convenire possit.

OBSER-

OBSERVATIONS

sur une colonne de granit connuë dans le Palatinat sous le nom de colonne des géans

par Mr. l'Abbé

HÆFFELIN.

LES peuples toûjours avides du merveilleux se plaisent à donner une origine fabuleuse aux monumens, qui sont d'une antiquité reculée, & dont l'ouvrage offre quelque objet capable de frapper leur imagination, ou d'imposer à leur crédulité. Ce penchant pour le merveilleux fait attribuer aux Géans les monumens, qui paroissent d'une grandeur prodigieuse & démésurée. C'est là sans doute la raison, qui a fait nommer la colonne, dont nous parlons, la colonne des Géans, comme si un ouvrage de cette grandeur n'avoit pu être fait par des hommes ordinaires.

Ce n'est pas cependant sous ce point de vuë, que nous allons examiner la colonne des Géans. Une opinion populaire, qui n'a d'autre fondement qu'un préjugé grossier & ridicule, tombe d'elle même, & n'a pas besoin d'être refutée. Mais cette colonne nous offre un monument antique, monument curieux & intéressant par la matiére, dont il est formé, par le tems au quel il a été construit, & par le lieu même, où il a été trouvé. Ce sont ces circonstances, & non point le nom, qu'on lui a donné, qui attirent les regards des connoisseurs sur la prétenduë colonne des Géans, & qui la rendent digne de nos observations, & de nos recherches.

La colonne dont il s'agit, eſt de granit, & ſe trouve au haut d'une montagne appellée Felsberg, dans la comté d'Erbach. Elle a trente deux pieds de long ſur quatre & demi de diamêtre par le bas, & trois & demi par le haut. Les gens du païs prétendent, qu'elle avoit onze pieds de plus, & que le morceau qui en a été détaché, eſt le même qui ſe trouve au bas de la montagne dans un village nommé Bedekirchen. La colonne entiére doit avoir été ſelon ce calcul de quarante trois pieds : mais en ne lui donnant que trente deux pieds, qui eſt la meſure, qu'elle à aujourd'hui ; c'eſt tôujours la plus grande colonne de granit, qui ſoit connuë hors de l'Italie. A quelque diſtance de la colonne ſe trouve le ſocle, ſur le quel elle devoit être poſée. C'eſt une maſſe quarrée, qui a quatorze pieds de contour. Son nom répond à celui de la colonne : on l'appelle dans le païs l'autel des Géans.

Si la colonne, que nous nous propoſons d'examiner, faiſoit partie de quelque ancien mauſolée, ou de quelque vieux temple, il ſeroit peut-être aiſé d'en découvrir l'origine. Mais celle d'une colonne iſolée, qui ſe trouve au haut d'un rocher presque inacceſſible ſans inſcription, & ſans aucune trace, d'ou l'on puiſſe tirer quelque lumiére ou quelque éclairciſſement, ne peut être que trés difficile à développer. Eſt-ce un monument Romain, ou bien un monument Gothique? A quelle occaſion a-t-il eté conſtruit ? quelle en étoit la deſtination ? a-t-il été formé ſur la place, où il eſt, ou bien a-t-il été tiré d'ailleurs ? comment un ouvrage d'une ſi énorme peſanteur a-t-il été porté ſur une montagne rude, & d'un accès très pénible ? depuis quand y eſt-il, & à quel uſage y fut-il placé ? Je n'entreprens pas de reſoudre toutes ces queſtions, dont la diſcuſſion ſeroit également épineuſe & ingrate ; je me contenterai de faire quelques obſervations, qui y ſont analogues, & qui naiſſent du ſujet même, que j'ai à traiter.

La premiére obſervation a pour objet la matiére de la colonne. C'eſt un granit à grains gris mêlés de verds & de blancs. Les

uns

uns l'avoient d'abord pris pour une espéce de basalte; (c) les autres pour une de ces pierres fonduës, qu'on prétendoit ci-devant posseder en Italie, en France, & en Angleterre. (d) Mais il suffit d'avoir une légére notion des pierres pour y reconnoître un véritable granit tel que ceux, dont sont composées les colonnes, ou les obélisque d'Alexandrie, de Memphis, & de Rome.

C'étoit jusqu'ici un préjugé généralement adopté de regarder comme production étrangére tout ouvrage de granit, de basalte, de jaspe, ou d'albâtre, qu'on pouvoit découvrir en ces païs ci. Notre colonne détruit ce préjugé; tout le rocher, où elle se trouve, est de la même pierre que la colonne, circonstance qui mérite une attention toute particuliére. On remarque même, que la colonne n'est pas finie, & le socle, qui est taillé dans la même roche, n'est pas achevé non plus. Quelques petites colonnes de granit commencées ou achevées, qu'on a trouvées sur la même place, & plusieurs gros blocs de granit détachés du Rocher, entr' autres une piéce de quarante quatre à quarante six pieds, qui est déja dégrossie, mais qui n'a pas encore la forme, qu'on devoit lui donner, prouvent incontestablement, que c'est une carriére, d'ou l'on tiroit des ouvrages de granit. Les premiers voïageurs, qui trouvérent des colonnes de granit dans les carriéres d'Egypte, en parlérent avec beaucoup d'éloge & d'admiration. C'étoit aux yeux des physiciens & des naturalistes un phénomêne extraordinaire, qui fixa toute leur attention. Mais on ne s'étoit guéres figuré, qu'on dût jamais faire quelque découverte semblable en Allemagne.

Un païs a souvent des richesses qu'on ignore, & ce n'est pas un léger avantage que de découvrir les trésors, qu'une terre favori-

(c) Voïez le journal d'Hannovre de l'année 1764. (*Hannoverisches Magazin*) pag. 648.

(d) *Winkelmann* chronique de la Hesse pag. 32.

sée de la nature semble quelques fois dérober aux yeux de ses habitans. Il n'y a pas cinquante ans, que nos artistes ne connoissoient pas, ou connoissoient bien peu les belles agates, que le Palatinat produit. Il n'y a pas vingt ou trente ans, que les mines de mercure, qui se trouvent si frequemment dans nos montagnes, étoient presque inconnuës : dumoins ne se doutoit-on pas, qu'elles devoient former un jour, comme elles forment aujourd'hui, une bonne branche de commerce pour le Palatinat. Il n'y a pas dix ans, qu'on ne soupçonnoit pas, qu'on dût, ou qu'on pût trouver sur nos collines & dans nos vallées les mêmes simples & les mêmes plantes que les botanistes ne croïoient appartenir qu'à l'Amerique & aux Indes. Un de nos confréres (e) a démontré, que nous possédions le chrisocome de Tartarie, le thimelée des Pyrenées, le glaïeul de Sibérie, le millet de Virginie, la panise de l'Amerique, & une infinité d'autres plantes soit de Sicile, soit d'Afrique, soit des Indes orientales ou occidentales. La collection complette de toutes les plantes du Palatinat, qu'il se propose de publier, fera connoître toutes les richesses, que nous possédons en ce genre.

Les Suédois & les François furent les premiers, qui s'appliquerent à connoître les terres, les mines, les fossiles, les petrifications, les plantes, les arbustes, & tous les simples de leur païs. Linnée, Swendenborg, Wallerius, Tournefort, Jussieu & Buffon fraïerent la route, que les autres physiciens ou botanistes se font gloire de suivre.

Les productions naturelles de l'Allemagne, & en particulier celles du Palatinat sembloient plus negligées que toutes les autres. La lythologie ou la connoissance des pierres y étoit inconnuë : le granit, le basalte, le jaspe, l'albâtre, & la plûpart des marbres étoient regardés comme étrangers à nos païs. Si le hazard faisoit decouvrir quelques monumens ou ouvrages anciens formés de ces pierres, on les regardoit comme de pretieux restes de

(e) Mr. *de Neker* botaniste de S. A. S. E. P.

de la magnificence Romaine; on les recueilloit avec respect, & l'on supposoit toûjours que ces vainqueurs de l'univers les avoient tirées de l'Egypte, ou de quelqu' autre partie de l'Afrique, ou de l'Asie. C'est dans cette supposition, qu'on envoïa ici, il y à cinq à six ans trois colonnes de granit, qui avoient été déterrées dans les environs de Treves, & dont on fit présent à S. A. S. E. P. comme d'une pierre inconnuë dans le Palatinat. La colonne de Felsberg me fit naître l'idée de les comparer ensemble. Je vous invite à faire la même comparaison. Vous trouverez exactement la même qualité de pierre. C'est le même grain, le même dégré de dureté, les mêmes taches grises, verdes, & blanchâtres; en un mot le même granit. Ce n'étoit donc pas d'Italie & bien moins d'Egypte, comme l'on supposoit, que les Romains avoient fait venir ces colonnes à Treves. C'est de ces païs-ci, qu'ils les avoient tirées. La conclusion en est bien naturelle, & il seroit aussi ridicule qu'étrange de vouloir chercher la carriére de ce granit dans un païs éloigné, tandisque nous l'avons auprès de nous.

Flatté de cette premiére découverte je continuai mes recherches; elles ne furent pas infructueuses. J'éxaminai un monument Romain de granit, que vous avez sous les yeux, & qui se trouve dans la collection d'antiquités à Mannheim. C'est un piédestal, sur le quel doit avoir été placée la statuë de quelque divinité. Un de nos confréres a prouvé (*f*) avec autant de sagacité que d'érudition, que le nom qu'on y voit effacé au milieu d'une inscription, dont toutes les autres parties sont bien conservées, ne pouvoit être que celui de l'empereur Commode, dont le sénat fit briser les statuës, & dont il voulut abolir l'odieuse mémoire en l'effaçant, s'il étoit possible, de tous les monumens, qu'on avoit érigés à ce monstre de cruauté & de barbarie. Je comparai ce monument avec les colonnes de Treves & de Felsberg; & je reconnus sans peine, que le granit, dont il étoit composé, étoit également un

(*f*) Voïés les mémoires de l'académie Palatine vol. II, pag. 115.

granit de ce païs-ci. Les colonnes dont Freher fait mention dans ses origines Palatines, ces mêmes colonnes qui furent autre fois transportées du chateau impérial de Nideringelheim au chateau électoral de Heidelberg, & qui après avoir été l'ornement de quelque joli temple ou de quelque beau salon antique sont aujourd'hui reléguées dans le vestibule d'un portier, où elles forment l'enceinte d'une vieille citerne; ces colonnes, dis-je, qui méritoient une meilleure place, & qui déposeront, tant qu'elles démeureront là, contre l'ignorance de ceux qui n'en firent pas un meilleur usage, sont du même granit, ou d'un granit tout à fait semblable.

Toutes ces preuves réunies sont bien capables de détruire le préjugé, qui avoit prevalu pendant tant de siécles, que le granit nous venoit des païs éloignés, & qu'il n'y en avoit point dans ces païs-ci, ou que celui de nos contrées n'étoit en aucune maniére propre aux ouvrages de sculpture & d'architecture. Si les Romains, qui avoient le tact fin & le gôut delicat, n'ont pas dédaigné d'emploïer notre granit à leurs monumens publics, n'aurions nous pas bien tort de ne pas nous en servir nous mêmes.

Il paroît certain par le monument de Commode que dés son tems, c'est à dire, dés le second siécle on avoit mis en usage le granit du Palatinat. L'industrie des Romains & leur goût pour les beaux arts les engageoient à tirer parti des productions naturelles de tous les païs, qui étoient soumis à leur empire. Et que sait-on, s'ils n'ont pas enrichi l'Italie de nos productions, & si telle ou telle espéce de marbre, d'albâtre, de jaspe, ou de granit, dont l'Italie se fait gloire, & dont ses temples ou les palais sont décorés, n'ont pas été tirés de nos contrées, de même qu'on en tire aujourdhui les onix, les agatonix, les carnolines, les améthistes, & autres pierres semblables, dont se font presque toutes les pierres gravées & les camées qui sortent de la main des artistes de Rome & de Florence.

L'idée

L'idée que j'ose hazarder, & qui a tout l'air d'un paradoxe, sera peut-être un jour une vérité reconnuë; que diroient la plûpart des étrangers, si l'on leur assuroit, que les plus jolis camées qu'ils achetent en Italie, sont faits des onix de ces païs-ci? Rien n'est cependant plus certain, & l'experience que nous en avons, les pierres que nous y avons envoïées nous mêmes, & celles que les artistes de Florence & de Rome en tirent tous les jours, en sont des preuves aussi convainquantes qu'incontestables.

Un domestique Allemand d'origine, qui étoit attaché au feu Cardinal Lante, avoit remarqué, combien on faisoit de cas à Rome de certaines espéces de pierres, qu'il se rappelloit d'avoir vuës dans son païs; que fait-il? il fait venir de ces pierres de son païs, c'est à dire, des environs d'Obernstein, où les agates & les onix sont en grande quantité. Il en forme une espéce de commerce; les pierres lui valent bien de l'argent, & ce commerce fait sa fortune.

Un artiste célébre attaché au service de S. A. S. E. apporta de Rome quelques piéces d'albâtre, qu'il avoit détachées d'un monument, qui fut trouvé, lorsqu'il travailloit à Rome, dans les fondemens d'un palais, que le Cardinal Valenti faisoit batir prés de la porta pia. Quelle fut la surprise de cet artiste, lorsqu'un beau matin on vint lui présenter du même albâtre tiré des carriéres de nos environs; je dis du même albâtre, qu'il avoit cru jusques là oriental, comme tous les Romains le croient. Ceux-ci possédent bien des pierres, dont les carrieres se sont perduës, & qu'ils ne connoissent plus que par les morceaux qu'ils en trouvent dans les monumens anciens. Ils ont toûjours supposé jusqu'ici, & ils supposent encore, que toutes les carriéres des pierres qu'ils possédent, étoient en Orient ou en Afrique. Mais qu'on compare ce prétendu albâtre oriental avec celui que nous possédons; que l'on mette l'un à coté de l'autre; vous les confondrez; vous ne les pourrez distinguer l'un de l'autre: ce sont deux morceaux d'une même pierre. On seroit en droit de mettre au bas ce que le même

artiste

artiste vouloit mettre au bas d'une belle table : *Albâtre oriental du Palatinat.* Les colonnes du tabernacle de l'église de la cour nous en donnent une preuve également frappante. Les connoisseur les plus délicats les prennent pour de l'albâtre oriental de la plus belle qualité, tel qu'il est difficile d'en trouver en Italie même. Ces colonnes ont cependant été tirées des carriéres de Würtemberg, & la frise du tabernacle, qui est d'une beauté égale à celle des colonnes, est formée d'un albâtre du Palatinat. En faut-il davantage pour démontrer, qu'il y a des pierres, dont on ignore les carriéres en Italie, & qui on été tirées de ces païs-ci?

Les six colonnes de granit, qui sont à Heidelberg, acheveront de nous en convaincre. Bien des personnes semblent douter du prix de ces colonnes, parcequ'elles y reconnoissent un granit du païs, un granit dont les montagnes du Palatinat sont remplies. Mais elles ignorent sans doute, que ces mêmes colonnes ont autre fois occupé une place distinguée en Italie, & que l'Italie n'a fait que rendre au Palatinat ce qu'elle en avoit tiré. C'est un nouveau paradoxe, si vous voulez; mais un paradoxe, qui n'est pas sans fondement. Car les colonnes de Heidelberg sont les mêmes, dont on dépouilla le palais des exarques de Ravenne, pour en décorer le palais imperial de Nideringelheim. Ce fut le Pape Hadrien I, qui en fit présent à Charlemagne, qui s'étoit addressé à lui pour obtenir les statuës, les colonnes, & les mosaïques du palais de Ravenne, comme on le peut voir par la réponse du Pape à la lettre de l'empereur. (g) „ Nous avons reçu

(g) On nous à conservé cette lettre du Pape Hadrien I, dans la collection des historiens de France par D. *Bouquet*, tom. v, p. 582. „ Regalis potentiæ vestræ per Arvinum ducem suscepimus apices, in quibus referebatur, quod palatii Ravennatis civitatis musiva atque marmora, „ cæteraque exempla tam in strato, quamque in parietibus sita, vobis „ tribueremus. Nos quippe libenti animo & puro corde, cum nimio „ amore vestræ excellentiæ tribuimus effectum, & tam marmora quam- „ que musivum, cæteraque exempla de eodem palatio vobis concedi- „ mus auferenda. „

„ reçu, dit le Pape dans sa réponse, par les mains du duc Arvin
„ la lettre de votre puissance roïale, par la quelle vous me fai-
„ tes connoître, que vousdesirez obtenir de nous les ouvrages
„ en mosaïque & en marbre, ainsi que les autres ornemens qui
„ sont attachés au mur, ou qui font partie du parquet. Nous nous
„ faisons un plaisir d'y consentir avec les sentimens de la plus pu-
„ re, & de la plus tendre affection, que nous portons à votre Ex-
„ cellence, & nous vous accordons en consequence la permission
„ de faire emporter du dit palais les marbres, la mosaïque, les
„ statuës & les tableaux, qui s'y trouvent. „

ENSILINHEIM cum Mencingon in pago *Cregowi* ponit charta Johannis episcopi Spir. de fundatione monasterii Sunnesheim an. 1100. (*y*) Ecclesiæ majoris Wormat. capitulum Spirensi portionem bonorum suorum in *Ensilnheim* & in Luitolsheim, quæ ex legato Gerlaci, cantoris Spir. olim & concanonici sui, tenuerat, an. 1237 pro septuaginta marcis argenti vendidit. (*z*) Vicus hic superesse nobis videtur in villa, *Eisingerhof* quæ dici nunc solet.

KETHS. Guntherus episcopus Spir. Schonaugiensi monasterio prædium in Grensheim dedit ea lege, ut curti ecclesiæ suæ *Keths* dictæ censum quatuor caseorum quotannis persolvat. (*a*) Fridericus I imp. monasterii Maulbrunnensis possessiones confirmans an. 1156, terram in *Kez* eisdem accenset. (*b*) Beringerus episcopus *Kaytsch* curtem hanc suam appellat circa an. 1224. Hodie *Ketsch* dicitur ac scribitur. (*c*) A solutione nauli in Keths Schonau-

(*t*) Chartam producimus num. IX.

(*u*) In *Act. acad.* vol. III hist. pag. 265.

(*x*) In *Besoldi docum. rediv. Wirtenb.* pag. 794.

(*y*) *Act. acad. Theodoro-Palat.* vol. III, hist. pag. 277.

(*z*) In cod. minori privileg. ecclesiæ Spir. fol. 56.

(*a*) *Gudeni sylloge dipl.* pag. 16.

(*b*) *Besoldi documenta rediviva ducatus Wirtenberg.* pag. 795.

(*c*) *Gudeni sylloge* pag. 134.

naugienses monachi cum an. 1231 declarati jam sint immunes, (d) antiquissimum hic esse, qui adhuc persistit, trajectum Rheni apparet.

§. XVII.

Præterea Craichgoviæ, sensu latiori acceptæ, vel potius improprie, propter communem sæpissime comitem, adscribuntur nonnulla confinium pagorum, Elsenzgoviæ, Enzgoviæ, Phunzgoviæ & Anglachgoviæ loca, v. g.

Pago male adscripta

ECGERATESWILARE, ubi Gerhardus abbas Lauresham. varias sub Carolo M. possessiones monasterio suo comparavit. (e) *Ekkenwilere* locus primævus fuit monasterii Mulbronnensis. (f) Interiit autem Lienzingam inter & Mulhusium ad Enzam, adeoque Enzgoviæ proprie tribuendus. *Ecgerates*, truncatum nomen, Freherus dedit.

ASCHINBRUNEN in pago Creichgoviæ proditur cum Randincheim in charta Folcrichi anno XXI Karoli regis. (g) Videtur esse vicus *Eschelbronn* in Elsenzgovia, aut *Esselbronn* in Enzgovia.

GARTHA, quæ in comitatu Bretheim sita an. 1109 scribitur, (h) hod. *Gartach*. Sunt tres hujus nominis vici, major & minor, tertiusque ad Nicrum, *Neckergartach*; qui vero omnes a Craichgovia vera longe remoti.

In SCUZINGUN villa, in marca ILLINGUN, in pago *Chreigowe*, decimam cum ecclesia Waltherus episcopus Spir. venerabili

 cui-

(d) *Gudeni sylloge* pag. 178.

(e) *Cod. Lauresh.* tom. II, num. 2321.

(f) Ex charta Gerhardi episcopi Spir. an. 1148 ap. *Besold. docum. rediv. Wirtenberg.* pag. 782.

(g) *Cod. dipl. Lauresh.* tom. II, num. 2326.

(h) *Crusii annal. Suev.* part. II, lib. IX, cap. 4.

cuidam militi se tradidisse fatetur an. 1023. Chartam infra producimus num. I. Sed rectius Enzigoviæ tum propter situm, tum vero propter decanatum Phorzheimensem, qui *Schutzingen* & *Illingen* comprehendit, locum utrumque vindicamus. *Illincheim* Laureshamenses chartæ antiquiores pago Enzingowe diserte attribuunt. (*i*)

AUTINESHEIM, hod. *Oetisheim*, præfecturæ Maulbrunnensis vicus insignis, in mappa tamen ducatus Wirtenbergici Majeriana omissus, quem Freherus (*k*) pariter ignorans cum Oewishemio male confudit. Craichgoviæ & Enzgoviæ is promiscue adscribitur, quod in confinio horum pagorum situs est. Hildeboldus quidam aream unam in pago Creichgowe, in villa Autinesheim, pro uno jurnali in Mencingen accepit an. XV Ludovici regis; & anno seq. Glismuta tres mansos dedit in pago Creichg. inter Autinesheim, Haduntesheim & Alaolfesheim. (l) In Wenceslai regis Rom. diplomate Maulbrunnensi an. 1381 hodierno more jam scribitur *Oetisheim* (*m*)

TURMENZIR marcam in pago Creichgowe traditio Udelberti an. XXII Karoli regis, (*n*) plures aliæ chartæ in Enzgovia ponunt rectissime. *Dormenz* enim assidet Enzæ flumini, pars ejusdem, quem diximus, decanatus Phorzheimensis.

Idem dicendum est de castro ENTZENBERG, quod in pago *Krechgow*, episcopatu Spirensi, juxta villam Pfortzheim situm, a Conrado comite Calvensi Johannes archiep. Trevir. acquisivisse legitur circa an. 1196. (*o*)

Gem-

(*i*) *Cod. Lauresh.* tom. II, num. 2354 sqq.

(*k*) *Origg. Palatin.* part. II, pag. 14.

(*l*) *Cod. dipl. Lauresh.* tom. II, num. 2316 sq.

(*m*) *Besoldi docum. rediv. ducatus Wirtenb.* pag. 820.

(*n*) *Cod. dipl. Lauresh.* tom. II, num. 2334.

(*o*) *Kyriandri annal. Trevir.* pag. 164.

Gemmincheim insuper, *Lobefeld*, *Reockheim* & *Uckelingen* Freherus (*p*) huic Creichgoviæ nostræ, & ex Frehero alii plures intulerunt, inferenda potiori longe jure, uti suo loco docebitur, Elsenzgoviæ pago.

§. XVIII.

Limites pagi veteres

Quotquot hactenus enumeravimus loca, inter Suarzaham & Salzaham sita fere sunt omnia, Craichaha inter duos hos amnes profluentè media. Pauci cis Suarzaham vici ad Lobodunensem pagum, (*q*) pauciores ultra Salzaham ad Craichgoviensem referendi sunt. Hi ad boream itaque & ad meridiem Craichgoviæ fines. Ad occidentem Rhenus, tres illos amnes in sinum suum qui suscipit, pagorum omnium, qui Rhenum attingunt, terminus, Craichgoviam a Spirigovia sejungit; ita tamen ut nonnulla infra Salzahæ confluentem ad Rhenum loca veteri Anglachgoviæ, quæ cum Craichgovia sæpissime miscetur, adscripta fuerint, adscripta hodieque decanatui Grabensi. Limes orientalis itidem naturalis est, maxima nempe collium valliumque Rhenum inter & Nicrum altitudo, secundum rivulos in alterutrum horum fluviorum descendentes. Qui Craichahæ, vel Salzahæ, Suarzahæve inferuntur, adeoque Rheno miscentur ad occasum, Craichgoviam nobis designant, cum reliqui rivi rivulique ex eadem altitudine in Nicrum vergentes, aliis pagis, ut Elsenzgoviæ, Gartachgoviæ, Zabernachgoviæ, Enzigoviæ nomen & originem dederint. Admittenda tamen hic a regula exceptio, propter Eppingam & Muhlbacum, quæ nescio quo fato Elzenzgoviæ, ad quam situ suo pertinent, erepta fuerunt. De Sunneshemio vel Sinshemio novimus, Johannem episcopum Spir. abbatiæ ibi conditæ aucto-

(*p*) *Orig. Palat.* part. II, pag. 15 sq.

(*q*) De quo pago vid. tom. I, pag. 231, §. X.

auctorem, ut locum juris sui dioecesani redderet, an. 1099 Cunoni, Wormatiensium praesuli, persuasisse, ut alia vicissim loca ex Spirensi dioecesi acciperet. (r) Monasterium ordinis S. Benedicti in *Sinnsheim* cum monasterio ejusdem ordinis Odenheimensi in veteri decanatus Bruchsaliensis laterculo comparet. Sed immutata haec novissimo tempore & ad primaevum statum ecclesiasticum plane reducta sunt.

§. XIX.

Errores aliorum

Jam vero Munsterum, (s) Chytraeum, (t) Crusium, (u) Freherum, (x) Tolnerum, (y) Besselium (z) & reliquos geographos recentiores omnes si audias, Nicer Craichgoviam clausit ad ortum & boream, ita ut Wimpinam, Sinshemium & ipsam Heidelbergam nostram ambitu suo pagus ille contineat. Erroris causa & origo est, quod intermortuis confinium pagorum nominibus Craichgovia suum constanter retinuit atque cum illis, qui desierant, in latum & longum communicavit, ab eo maxime tempore, quo militaris seu equestris conditionis proceres coaluerunt in foedera; id quod seculo XV demum fieri coepit. Tum enim Craichgovia numerosas aluit hujus ordinis familias, cum quibus vicinae ejusdem dignitatis gentes conjunctae peculiare foedus inierunt, quod a potiori sui parte Craichgoviense adhuc appella-

(r) Chartam hac de re vide infra num. VI.

(s) *Cosmograph.* lib. III, pag. 623.

(t) *Orat. de Greichgaea*, in *Reinhardi scriptor. rer. Palat.* pag. 492.

(u) *Annal. Suev.* part. III, lib. IX, cap. I.

(x) In not. ad *Ausonii Mosellam* pag. 87. Adde *orig. Palat.* part. II, pag. 13.

(y) *Hist. Palat.* pag. 30.

(z) *Prodr. chron. Gottwic.* part. II, pag. 574.

pellatur. Eadem res veritati geographicæ tantum nocuit, ut cum equestris Craichgoviæ ordo ad provinciam ejusdem ordinis Suevicam accessisset, Craichgoviam ipsam latissime sumtam, eidem Sueviæ semper anumeratam fuisse vel magnus Freherus noster, (*a*) pudendo errore crederet; Nicrum fluvium Franciæ antiquæ terminum meridionalem statuens, qui prorogandus certe usque ad Osam & Murgam. (*b*)

§. XX.

In describenda comitum Craichgoviensium serie breves erimus, propter documentorum sive silentium sive defectum, quibus paucissimorum memoria nobis relicta est. **Comites pagi**

Primus hic sese offert GEROLDUS comes, qui cum conjuge sua Imma, quidquid in pago *Creichgowe*, in villa Ziuternheim & in Odenheim bonorum habebat, terras, prata, mansos, sylvas, aquas &c. monasterio Lauresham. donavit anno XI Karoli regis, mense Jul. id est, an. Chr. 779. (*c*) Idem vero Geroldus comes uno eodemque tempore rem suam in vicino Anglachgoviæ pago, in Gernisheimer marca, in loco Stainbura eidem cœnobio tradidit. (*d*) Quinquennio post Isenhartus quidam S. Nazario dedit in ducatu Alemannorum, in villa Giselsteden, quidquid *Geroldus comes* ibidem habere visus est. (*e*) Villa Giselstete ad Naglachgoviam, ducatus Alemannici pagum, Enzigoviæ, quæ ad Franciæ ducatum pertinet, confinem, alibi refertur. (*f*) Patet ex hisce, Gerol-

(*a*) *Origin. Palat.* part. II, cap. IV, p. 13.

(*b*) Conf. *Crollius de ducatu Franciae Rhen.* in *actis* hisce *acad.* vol. III hist. pag. 354 sq.

(*c*) *Cod. dipl. Lauresh.* tom. II, num. 2310.

(*d*) Ibid. num. 2503.

(*e*) Ibid. tom. III, num. 3617.

(*f*) Num. 3535. Adde tom. II, num. 2575.

Geroldum pluribus in pagis fuiſſe prædiorum divitem ac in Laurishamenſem novam eccleſiam valde liberalem; cui autem proprie pago comes præfuerit, an uni tantum, an pluribus, non ſatis liquet.

Sigardus

Certior longe eſt, qui nunc ſequitur, SIGARDUS comes, in cujus comitatu Uhtretesheim, villa Creichgoviæ, de qua ſuperius, (*g*) a Ludovico rege Germ. diſerte ponitur in diplomate propter annum regni ejusdem regis in occidentali Francia primum, qui in an. Chr. 858 incidit, (*h*) valde notabili.

Walaho

Seculo X ineunte WALAHO comes his in partibus floruit, Spirigoviæ & Encichgoviæ ſive Enzgoviæ certiſſime præſes. De comitatu ejus in Spirigovia alio loco jam actum, (*i*) ubi tamen addendum eſt Ludovici infantis diploma Weiſſenburgenſe, quo villa Haſalach in pago Spiricgowe, in comitatu Walahonis reponitur an. 902. (*k*) Eodem anno Hatto Moguntinus archiep. monaſterii Laureſham. abbas, abbatiæ hujus res in Glemisgowe in comitatu Gozberti comitis, nec non in *Encichgouue* in villa vel marca *Audinesheim* & in Rutgeſingon, in *comitatu Walachi comitis* Reginbodoni cuidam pro curte Virnunheim in pago Lobodunenſi tradidit. (*l*) Pro Encichgouue Helwichius *Enrichgowe* dederat, unde Crollius noſter (*m*) ſeductus pagum Einrich hic intelligi putavit. Enzgoviæ autem ſi præfuit Walaho, Spirenſis comes, multo magis Craichgoviam, Spirigoviæ propiorem, is rexiſſe dicendus eſt, tanto magis, quod Autinesheim Craichgoviæ & Enzgo-

viæ

(*g*) §. XIII, pag. 119.

(*h*) Uti oſtendimus in præfat. ad *cod dipl. Lauresh.* tom, I.

(*i*) *Act. acad.* vol. III hiſt. pag. 256 ſq.

(*k*) *Schoepflini Alſatia dipl.* part. I, num. CXXVII.

(*l*) *Cod. dipl. Lauresh.* tom. I, pag. 103 ſq.

(*m*) *Origg. Bipont.* part, I, pag. 110.

viæ pagis promiscue adscribitur. (n) Salicam Walahonis originem, quam laudatus modo Crollius statuit, (o) hæc firmare egregie videntur; quum certum ex sequentibus sit, unum ex nobilissima hac & potentissima Franciæ Rhenensis familia principem plures simul tenuisse comitatus; quæ ipsa res in causis fuit, ut notarii veteres, traditionum piarum & aliorum instrumentorum confectores, pagos cum pagis non raro confunderent.

Otto

OTTONIS ducis comitatum Craichgoviæ & Elsenzgoviæ diploma Ottonis III regis an. 935 datum, quo in Eppinga superius (p) jam usi sumus, extra controversiam ponit. Eundem Ottonem ducem, utriusque Salicæ stirpis, Spirensis atque Wormatiensis, conditorem felicissimum, Wormazgoviæ, (q) Spirigoviæ, (r) imo & Nahgoviæ (s) simul comitem fuisse, novimus. Superfuit Otto in vivis usque ad mensem nov. an. 1004, quo defunctum eum esse *Georgius Christianus Crollius*, (t) rerum Francicarum indagator & vindex præstantissimus, adductis multis testimoniis probavit.

Wolfram

Post Ottonem ducem WOLFRAMUS prodit Craichgoviæ comes, primariæ quoque dignitatis vir, si quidem verum est, quod chronicon Spirense adhuc ineditum refert, (u) eum Henrici se-

 nioris

(n) Vide supra §. XVII, pag 124.

(o) Conf. lib. c. tabulam familiæ augustæ Francicæ ad pag. 77.

(p) §. VI, pag. 110.

(q) *Act. acad.* vol. I, pag. 293.

(r) Ibid. vol. III hist. pag. 259.

(s) Ibid. pag. 416 sq.

(t) In differt. *de ducatu Franciae Rhen.* ibid. pag. 423.

(u) Unde *Johannes de Mutterstatt* sua desumpsit ap. *Senckenberg. select. juris & hist.* tom. VI, pag. 167.

nioris, id eſt, Henrici IV imp. ſororem, Azelam nomine, habuiſſe uxorem, multosque comitatus poſſediſſe, ſcilicet in *Creychcowe* & *Enzeberch* ſive Enzgovia. De Creichgovia jam teſtes adduximus (*x*) chartas imperatorum Conradi II & Henrici III Spirenſes tres, quas inferius proferemus integras. Duæ priores anno 1024 & 1046 Phunzgoviæ inſuper comitatum eidem attribuunt; tertia anni 1056 cum prioribus collata Craichgovienſem Wolframi comitatum ultra triginta annos extendit. Corruit itaque Hanſelmanni, (*y*) viri alias doctiſſimi, conjectura, cum Hugonem quendam comitem de *Creginecka*, in literis fundationis eccleſiæ colleg. Oeringenſis an. 1037 teſtem, (*z*) in Craichgovia noſtra quærendum eſſe exiſtimat.

Ceterum idem chronicon Spirenſe, quod Wolframo conjugem adſcribit Azelam, Henrici IV imp. ſororem, alibi nuſquam memoratam, eundem Wolframum natum comitem Arduennæ facit. Floruit tum in Arduenna Walramus comes Arlunenſis (*a*). Wolframi autem nomen idem eſſe, quod Walrami, haud alienum a veroſimili eſt.

Engelbert

Reliquit quidem Wolframus duos filios, Zeiſolfum & Johannem, Creichgoviæ comites a multis haberi ſolitos, at neutrum tamen in Creichgoviæ comitatu ſucceſſorem. Nam an. 1057 ENGILBERTUS Creichgoviæ præfuit comes, teſte Henrici IV regis diplomate in Eppinga ſuperius adducto.

An.

(*x*) Vide ſupra §. x, pag. 114.

(*y*) Vertheidigte Landeshoheit von Hohenlohe, docum. pag. 67.

(*z*) Ibidem pag. 19. Seculo ſeq. medio Mulbrunnenſis cœnobii fundationi teſtis interfuit Belremus de *Creinhegge*, & quidem inter liberos, ante miniſteriales. Vid. *Beſoldi docum. rediv. Wirtemb.* pag. 785.

(*a*) Conf. tab. genealog. comitum & ducum Limburg. in Crollii ſerie illuſtrata comitum Palat. Aquisgran. vernacule ſcripta, pag. 265.

An. 1100 BRUNO quidam cum Craichgoviæ comitatu Elsenzgoviam & Enzgoviam simul administravit, uti patet ex Johannis episcopi Spir. filii Wolframi comitis, de abbatia Sunnesheim a se instituta literis; (*b*) ubi sane non Enzgoviæ tantum, cui immediate subjungitur, sed de reliquis duobus, qui præcedunt, pagis quoque assumendus est Bruno comes. Singulis enim pagis, qui præter illos tres ibidem nominantur, Hedenegoviæ, Spirigoviæ, Nahgoviæ, Wormesfeldæ, sui adduntur comites; rarum profecto hoc seculo rei exemplum. **Bruno**

Brunonem istum facile patrem fuisse crederem Brunonis Archiepiscopi Trevir. qui monasterium Odenheim in Creichgovia circa an. 1120 instituit, nisi *gesta Trevirorum* (*c*) obstarent, in quibus archiepiscopi hujus origo ita describitur: „ Bruno . . . Francus natione, insignis nobilitate, utpote quem pater Arnoldus „ comes ex nobilissima Adelheida matre genuerat. „ Cujus autem Arnoldus generis fuerit, ex *annalista Saxone* (*d*) colligimus, quippe qui Henricum de castro, quod *Loufe* dicitur, Brunonis Treverensis episcopi & Poponis comitis fratrem, uxorem duxisse scribit Idam, filiam Bernhardi comitis, qui frater fuit Giselæ, Conradi II imp. conjugis. Laufenses itaque comites fuere Arnoldus & filii ejus, ex quibus BOPPONEM Craichgoviæ comitatum administrasse credibile est ex literis fundationis monasterii Odenheimensis, ex quibus Bruno Trevirensis per manum fratris sui Popponis comitis prædia sua novo monasterio in Creichgovia, in *comitatu Bredheim* sito, tradidit, imo prædiis hisce Boppo ipse varia de suis possessionibus addidit. Invaluerat tum mos, pagos & comitatus denominandi non a comitibus, sed a loco judicii sive malli publici comitum, ita ut Ufgovia comitatus Vorchheim,

R 2 Wirm-

(*b*) Operis hujus vol. III hist. pag. 277.

(*c*) *Honth. prodr. hist. Trevir.* pag. 761.

(*d*) In *Eccardi corp. hist. med. aevi* tom. II, col. 458.

Wirmgovia comitatus Ingersheim, Enzgovia comitatus Enzberg, Lobdengovia comicia Stalbuhel, Spirigovia comitatus Lutramnesforst, Craichgovia comitatus Bretheim &c. dicerentur. Popponem, Brunonis archiep. fratrem, comitem in Brettheim Trithemius (*e*) nuncupat.

Laufenses autem comites in his regnasse partibus, vel ex Schœnaugiensis monasterii chartis seculi XII & sequentis apparet, secundum quas Boppo quidam comes de Loufen an. 1208 in Elsenzgovia sedem habuit, & quidem in castro Dilighesberch, hod. Dilsberg. (*f*) Extinctis paulo post hisce comitibus comitatus cessavit omnis, & quæ cæsaris fuerant, redierunt ad cæsarem, (*g*) quæ aliunde acquisita, ad alios transierunt. (*h*)

APPENDIX DIPLOMATICA.

I.

Charta Waltheri episcopi Spir. de concambio, quod fecit cum Arnoldo milite an. MXXIII.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus sancti nouerint omnes Christiani fideles, tam præsentes quam futuri, qualiter Ego WALTHERUS indignus ecclesiæ Spirensis Presul quandam decimam synodali

(*e*) *Chron. Hirsaug.* tom. I, pag. 377.

(*f*) *Gudeni sylloge dipl.* pag. 74 sq.

(*g*) De Loufen, Sunnesheim & Eppingen civitatibus Hermanno V marchioni Bad. a Friderico II imp. oppigneratis vide diploma an. 1234 in *Schoepflini hist. Zaringo - Bad.* tom. IV, pag. 194.

(*h*) Bretthemium inter alia ad Eberfteinenses tum comites, ab his ad Badenses marchiones, indeque ad comites Palatinos Rheni, pervenisse novimus.

dali iudicio acquiſitam in pago *Chreigowe* (*i*) in villa *Scuzingun* & in marca *Illingun* ſitam cum eccleſia in atrio eccleſiæ tradidi poteſtative cuidam venerabili militi nomine Arnoldo pro noſtro utriusque compendio, & in proprium ius ipſius ex toto in tota ipſa marca transfudi, econtra tradidit ille in jus eccleſiæ & epiſcopii noſtri unum legitimum manſum in villa *Gladebach* cum curtili & omnibus utilitatibus ad eum reſpicientibus, alterum vero manſum in eadem marca, iuxta villam & decurſum aque in *Duiffenbach* ea conueniencia, ut coloni ipſius manſi omnes liberam habeant poteſtatem, in tota preſcripta marca ligna in focum & in edificia cedere, porcos, oves & boues, vaccas & jumenta paſcere, paſturas porcorum in glandibus ſive precio facere, & decimam illius manſi ex toto & inſuper decimam de ipſa marca, quam de noſtro predio prius decimauimus ad eccleſiam in *Duiffenbach*. Conuenimus eciam, ut omnes coloni noſtri de *Duiffenbach* in tota prefata marca *Scuzingun* & *Illingun* ſecuriter absque ſua & omnium prohibicione habeant ligna in focum, paſcua & herbas & glandes, & omnem paſcendi utilitatem. Et ut hec conuencio in perpetuum ſeruetur, hanc cartam inde conſcribi & in ſynodo coram clero & plebe fecimus recitari & ſigillo noſtri nominis ſignari. Anno Dominice incarnationis Mxxiii, indictione vi, anno vero domni Waltheri epiſcopi Spirenſis xviiii. actum feliciter *Spire*.

II.

Cuuradus II rex fratribus eccleſiae Spir. praedium ſuum in Johanningon & Weſincheim dono tradit an. MXXIV.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis Cuonradus diuina favente clementia rex. Si aliquid eccleſiis Dei de regia munificencia

(*i*) At loca ſubſequentia potiore longe jure ad Enzgoviam pertinent, ad quam in chartis antiquioribus etiam referuntur.

cia noſtra accommodaverimus, id procul dubio ad ſtatum regni noſtri, & proſperitatem vite ac eterne beatitudinis premia conſequenda nobis profuturum eſſe confidimus, quapropter omnium fidelium noſtrorum preſentium & futurorum pateat induſtria qualiter nos una cum manu dilectiſſime contectalis noſtre GISELE videlicet regine per interventum quidem WALTHERI fidelis noſtri Spirenſis epiſcopi, quoddam noſtri iuris predium in villa *Johanningon* vocata in pago *Chreichgowe* & partim in *Funcenchgowe* in comitatu vero VOLFRAMMI comitis ſitum, ſicut ante regni noſtri primicias voto caritatis promiſimus, ita poſt acceptum divina gratia regnum gratuito velle ad prefati Spirenſis epiſcopii altare tradidimus atque in perhennem fratrum ibidem Deo ſervientium alimoniam iterum ex novo transfundimus & per huius regalis precepti litteras in noſtram noſtrorumque progenitorum & progignendorum memoriam denuo ſtabilimus & confirmamus, omnium videlicet contradictione remota, hoc eſt omne quod noſtro iure in predicta villa & in marcha *Johaningan* in *Weſincheimero* quoque marca obtinuimus, & ita ſicut nos illud ibidem poteſtative poſſedimus, cum omnibus ſcilicet rebus illuc rite aſpicientibus, in mancipiis utriusque ſexus, exceptis tantum duobus, ecceſia & decimis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis atque compaſcuis, vineis, ſilvis, foreſtis, venationibus, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, mobilibus & immobilibus, queſitis & inquirendis, cunctis appendiciis & utilitatibus, que adhuc dici aliquomodo aut inveniri vel nominari poſſunt, cum banno noſtro & fredo, hoc regali noſtra immunitate clementer adicientes, ne aliquis comes vel vicecomes ſive aliquis publicus iudex, aut quilibet ex iudiciaria poteſtate, poteſtatem habeat ullam in prenominata iam villa & ipſius adiacentiis paratas vel collectas faciendi aut fideiuſſores tollendi, aut fures capiendi, vel aliquid ex iudiciali ſentencia exigendi, preter aduocatum & miniſteriales, quos epiſcopus & fratres Spirenſis eccleſie eidem loco prefecerint. Et ut hec noſtra traditio firmius obſer-

obſeruetur, hanc cartam inde conſcribi, & eam noſtri ſigilli iuſſimus impreſſione ſigillari. Signum domni inuictiſſimi regis Cuonradi. Udalricus cancellarius vice Aribonis archicancellarii recognovi. Data III idus Septembris anno Dominice incarnationis MXXIIII. Indictione VII. Anno vero regni domni Cunradi II primo. Actum *Ingelenheim* in Dei nomine feliciter amen.

III.

Henricus III rex praedium in villa Johaningun, in pago Creichg. praepoſito & fratribus eccleſiae Spir. iterum dono tradit an. MXLVI.

In nomine ſancte & individue Trinitatis: Henricus divina favente clementia rex. Si aliquid eccleſiis Dei de regia noſtra munificentia accommodaverimus, id procul dubio ad ſtatum regni noſtri & proſperitatem vite, ac eterne beatitudinis premia conſequenda nobis profuturum eſſe confidimus, quapropter omnium Chriſti noſtrique fidelium tam futurorum quam & preſentium noſcat univerſitas, qualiter nos pro eterna beatitudine piiſſimi genitoris noſtri Cuonradi imperatoris auguſti & matris noſtre Giſele imperatricis auguſte, ſimul etiam coniugis noſtre regine Cunegundis pie memorie, atque pro noſtra perpetua ſalute contectaliſque noſtre Agnetis ſcilicet regine S. Spirenſi eccleſie, in qua corpora patris noſtri, matriſque conſepulta remanent, fratribuſque inibi Dei ſervitio aſſidue vacantibus quoddam noſtri iuris predium in villa *Johaningun* vocata in pago *Creichgouwe* & partim in *Fucinchgouwe*, in comitatu Wolframmi comitis ſitum, cum omnibus ſuis appendiciis, hoc eſt, utriuſque ſexus mancipiis, areis, edificiis, eccleſie decimis, agris, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, campis, ſilvis, vineis, foreſtis, venationibus, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molis, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, cum omni

omni utilitate, que ullo modo inde poterit provenire, in proprium tradidimus, cum banno nostro & fredo, hoc adicientes, ne aliquis comes vel vicecomes sive aliquis ex iudiciaria potestate, ullam in predicta villa habeat potestatem, & in adiacentiis paratas vel collectas faciendi, vel aliquid ex iudiciali sententia exigendi preter advocatum & ministeriales, quos prepositus & fratres eidem loco prefecerint, eo nimirum tenore, ut prepositus eiusdem ecclesie eiusque successores cum consilio & consensu fratrum de eodem predio liberam deinceps habeant potestatem tenendi, commutandi, precariandi, vel quicquid sibi placuerit, ad usum fratrum inde faciendi. Si autem, quod absit, aliquis eiusdem ecclesie episcoporum aut sibimet ipsi usurpare aut alicui in beneficium dare, vel quoquo modo a servitio fratrum presumpserit abalienare, bis aut ter ab herede nostro & fratribus monitus, ut emendet, & si renuerit, sibique in ammonitione obedire contempserit, idem noster proximus heres dimidiam libram auri in publico pondere ad altare S. Marie persolvat, sibique supradictum predium hereditario iure possidendum redimat. Et ut hec nostre traditionis & constitutionis auctoritas stabilis & inconvulsa omni evo permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria corroborantes sigillo nostro iussimus insigniri. Signum dni Heinrici III regis invictissimi. Theodericus cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi. Data V idus Sept. anno Dominice incarnationis MXLVI. Indictione XIIII. Anno autem Dni Heinrici tertii ordinationis eius XVIII, regni vero VIII. Actum *Auguste* feliciter amen.

IV.

Henricus III imp. curtem Bruosella cum foresto Luzhart episcopo Spir. tradit an. MLVI.

In nomine sancte & individue Trinitatis: Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Si de transitoriis

toriis sumptibus & terrena nostra substantia in usus ecclesiarum & celestes thesauros aliquid honoris aut muneris conferimus, mortales cum immortali, terrestres cum celesti, cum eterno caduci homines cum Deo beata negotia gerimus, seminantes transeuntia, ut semper mansura metamus, vendentes pereuntia, ut eterna recipiamus. Huius igitur tam beate negotiationis spe excitati, omnibus Cristi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notificamus, qualiter nos propter Deum, per quem in omnibus divites facti sumus, & honore imperiali sublimamur, ad altare genitricis sue, quod est *Spire*, instinctu & petitione dilecte contectalis nostre Agnetis imperatricis, nec non interventu amantissimi filii nostri & equivoci Dei gratia regis Heinrici tam animabus parentum nostrorum pie memorie Cunradi imperatoris & Gisele imperatricis, quam nostri superstitum saluti coram Deo providentes quandam nostre proprietatis curtem *Bruoselle* dictam cum foresto ad eandem curtem pertinente *Luzhart* nominato in pago *Cragowe* & in comitatu Wolframmi sitam, quam nobis *consanguineus noster Dnus* Cuono in proprium tradidit, cum omnibus suis pertinentiis, hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, agris, pascuis, pratis, terris cultis & incultis, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quesitis & inquirendis, cum omni utilitate, que ullo modo inde poterit provenire, in proprium tradidimus, ea videlicet conditione, ut prefati loci episcopus suique successores liberam dehinc potestatem habeant, commutandi, tradendi, precariandi, vel quicquid sibimet placuerit, ad usus ecclesie inde faciendi. Et ut hec nostre imperialis traditionis auctoritas stabilis & inconvulsa omni evo permaneat, hanc kartam inde conscriptam propria manu, ut subtus videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum dni Heinrici tertii regis invictissimi secundi Romanorum imperatoris Augusti. Winitherius cancellarius vice Luitbaldi archiepiscopi & archicancellarii recognovi Data II

non. Maii anno Dominice incarnationis MLVI, indict. VIII, anno autem domni Heinrici tertii regis, secundi imperatoris ordinationis XXVII, regni vero XVIIII, imperii autem X. In nomine Dni actum *Goslarie* feliciter amen.

V.

Donatio praedii Eppingen in pago Creichgoviae per Henricum IV regem an. MLVII.

IN nomine sancte & individue Trinitatis HEINRICUS diuina fauente clemencia rex. Cum bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei iubeamur operari, vere confidimus in Deo si quid boni in fideles Christi vel ecclesias Dei operamur, inde nos eterna mercede remunerari. Quare omnibus Cristi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter nos pro remedio animarum beate memorie parentum nostrorum CUNRADI & GYSELE, nec non & patris nostri HEINRICI Romanorum scilicet imperatorum augustorum ob interuentum dilecte matris nostre AGNETIS imperatricis Auguste & ob fidele seruicium dilecti nostri CONRADI sancte Spirensis ecclesie uenerabilis episcopi quoddam predium *Eppingen* nominatum in pago *Creichgouue* in comitatu ENGILBETRI *comitis* situm, ad altare in honore sancte Dei genitricis Marie in prefata ecclesia dedicatum cum omnibus appendiciis suis, areis scilicet, edificiis, utriusque sexus mancipiis, terris cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quesitis & inquirendis, pascuis, compascuis, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, siluis, venacionibus & cum omni utilitate, que vllo modo inde poterit prouenire, donamus atque in proprium tradimus, eo videlicet tenore, ut quisquis fratrum Deo ibidem seruientium est prepositus, liberam deinceps habeat potestatem predium predictum obtinendi, commutandi, precariandi, vel quidquid sibi collibuerit, quod ad com-

munem

munem fratrum utilitatem pertineat, inde faciendi. Et ut hec noſtre auctoritatis tradicio ſtabilis & inconuulſa omni euo permaneat, hanc cartam inde conſcriptam manu propria confirmantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis inuictiſſimi.

WINITHERIUS cancellarius vice LUITPALDI archicancellarii recognoui.

Data nonas Aprilis anno Dominice incarnationis MLVII. Indictione x, anno autem domni Heinrici regis, ordinacionis eius tercio, regni vero primo. Datum *Wormacie* in nomine Domini feliciter amen.

VI.

Permutatio locorum quorundam ratione dioeceſis Wormat. & Spirenſis ab utriusque eccleſiae epiſcopis facta an. MXCIX.

NOTUM eſſe volumus, omnibus tam futuri quam preſentis temporis fidelibus, quoniam JOHANNES Spirenſis eccleſie antiſtes, qui in proprio ſuo allodio *Sunnescheim* abbaciam de proprio conſtructam cum reliquis ſuis prediis & familiis Spirenſi eccleſie, ob ſue ſuorumque anime ſalutem in proprium donauit, & CUONO Wormacienſis eccleſię preſul quoddam concambium, uterque de ſua parochia utriusque eccleſie, clero & populo laudante fecerunt, Johannes Spirenſis epiſcopus de ſua parochia epiſcopale ius in eccleſia & uilla *Kircheim* (*k*) & in capella & uilla *Aſteh*.. cum utriusque uille terminis, Cuononi Wormacienſi epiſcopo conceſſit, recepit vero ab eo epiſcopalem iuſticiam in eccleſia & uilla *Sunnes-*

S 2 *cheim,*

(*k*) Eſt vicus Kirchheim ad Nicrum inter oppida Lauffen & Beſigheim, haud procul a confluentibus Zabernæ.

cheim, & in capella & uilla *Roirbach* & in utriusque uille terminis. Ut autem prescriptum concambium ratum & inconuulsum in omnes retro generaciones permaneat, confirmatum est assensu Heinrici tercii imperatoris in presencia complurium ipsius principum. Fuerunt autem ibi presentes & consenserunt Egilbertus Treuerensis archiepiscopus - Herimannus Coloniensis archiepiscopus - Harthuigus Magadeburgensis archiepiscopus, Liemmarus Bremensis archiepiscopus, Burchardus Basiliensis episcopus, Otto Argentinensis episcopus, Emechardus Wirczeburgensis episcopus, Udo Hildesheimensis episcopus - Fridericus Haluerstadensis episcopus, Albewinus Merseburgensis episcopus, Walrauanus Einstitensis episcopus, Widelo Mindensis episcopus, Burchardus Monasteriensis episcopus, Heinricus Padelbrunnensis episcopus, Wido Osnaburgensis episcopus - preterea dux Fridericus, *Palatinus comes* Sigefridus, Cuono filius ducis Ottonis, Gerhardus comes de *Gielra* - Gerhardus comes Moguntinus, Adelbrath, Burchardus marchio. Wippreth, Heriman. Factum est *Moguncie* v idus Novembris, anno Dominice incarnacionis Mxcviiii. Indictione vi. Anno imperii... Heinrici tercii imperatoris Augusti.

VII.

Guntheri episcopi Spir. constitutio de curiis suis apud S. Leonem & Bruowele an. MCLVII.

Ex autographo

In nomine sancte & individue Trinitatis Guntherus Dei gratia Spirensium vocatus episcopus universis, qui christiana professione censentur, & eorum successoribus in perpetuum. Pietatis fungi munere, & in studio karitatis semper proficere generaliter quidem Christianæ professioni convenit, illis tamen, qui in spiritalium amministratione constituti, cæterique pastorali dignitate prælati pro spiritalibus metunt carnalia, illud quasi proprium

&

& peculiare est, ut eorum ope & opera cultus Dei debitum incrementum accipiat, & in domo Dei, quam eos vigili cura gubernare oportet, gloria & divitiæ nec desint, nec deficiant. Ea propter innotescere cupimus universis, quos in sancta religione Christi gubernat imperium, qualiter HEINRICUS III divina favente clementia Romanorum imperator Augustus & pro sua & dilecti filii sui HEINRICI regis & presente & futura salute, & pro remedio animarum suorum parentum, avi videlicet CUONRADI imperatoris & aviæ suæ GISILAE imperatricis, patrisque sui HEINRICI imperatoris matrisque suæ AGNETIS imperatricis, suæque dilectissimæ conjugis BERHTAE imperatricis & fratris sui CUONRADI, filiæque suæ ADELHEIDIS, (*l*) ob fidele etiam servitium & petitionem karissimi JOHANNIS Spirens. episcopi predium quoddam *Ilsfelt* dictum in pago *Scuzengowe* in comitatu ADELBERTI comitis situm cum omnibus appendiciis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, silvis, venationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quesitis & inquirendis, seu cum omni utilitate, que aut scribi potest, aut dici, preter partem ejusdem predii in villa *Jendan* nominata sitam, quod ecclesiæ *Sunnesheim* dedit, ad altare sanctæ Mariæ in proprium tradidit, ea videlicet ratione, ut prædictus Spirensis episcopus ipsiusque successores liberam habeant potestatem, eandem curiam sibi retinendi, ad utilitatem ecclesiæ commutandi, precariandi. Cum autem CUONRADUM regem Romanorum prædicti impera-

S 3

(*l*) De hac Heinrici III imp. qui in serie regum Germaniæ Heinricus IV est, filia alibi nemo quid prodidit, ut in oculatissimi alias *Koeleri famil. Aug. Franconica* tab. III ad pag. 42 eam frustra quaesiveris. De Azela, ejusdem Heinrici sorore, pari scriptorum silentio obvoluta, supra dictum est §. XX, pag. 130. Aliam Henrici IV filiam, Idam nomine, Balduino Jerosolymitano, Flandriæ & Hannoniæ comiti nuptam, *chronicon Andrensis monasterii* prodit in *D'Achery spicileg.* tom. II, pag. 826. Neglectam similiter a genealogis stemmatis imperialis Francici recentioribus Idam hanc esse miror.

peratoris & proximum heredem, & in regno fieri ſucceſſorem contingeret, ipſe, ut predictum predium filio ſuo in beneficium daremus, ſepe numero inſtantiſſime poſtulavit. Porro ne per nos ſtaret, quo minus imperialis ſanctio antiqua ſuum vigorem obtineret, nos in hac parte & minis & precibus præfati regis Cuonradi diu renitebamur, ſed cum nullam evadendi facultatem haberemus, que & qualis recompenſatio in his eccleſiæ & fratrum noſtrorum utilitati conveniret, attente deliberavimus. Excogitavimus tandem ad hoc, ut indempnitas fratribus conſervaretur, ad permutationis remedium confugiendum, & aliud predium pro hoc alienato eccleſiæ & fratrum uſibus eſſe conferendum, & ſic precibus ſepedicti regis C. paruimus, non libenter quidem, minus tamen inviti, eo quod ipſe donatoris prediorum & ſucceſſor & proximus heres diceretur, cujus rei gratia & ipſe nobis immunitatem ab inſtanti expeditione præſtitit.

Recompenſationis autem modus & quaſi permutationis forma hæc eſt. Præoptantes, ut prædicto modo alienatum prædium aliquando in proprietatem eccleſiæ & uſus fratrum revertatur, in recompenſationem ejus curiam apud *ſanctum Leonem* & curiam in *Bruowele*, quæ datæ in beneficium nomine feodi poſſidebantur, recuperavimus, easque non rebus eccleſiæ, ſed patrimoniis, que nobis hereditario jure obvenerant, & que a nobis libere & quiete poſſidebantur, redemimus. Quod igitur a nobis alienati predii donator de ipſo conſtituerat, nos quoque de curiis patrimonio noſtro recuperatis conſtituimus, videlicet ut de eis epiſcopus cunctis de IIII clauſtris fratribus in anniverſario GISILAE imperatricis veſpere ad vigilias & mane ad miſſam pro defunctis ad majorem eccleſiam, ubi ipſa defuncta quieſcit, convenientibus in refectorio refectionem honeſte miniſtret. Et ut hæc noſtra conſtitutio ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc cartam inde conſcriptam manu propria corroborantes impreſſione ſigilli noſtri inſignire curavimus. Quecunque igitur eccleſiaſtica ſecularisve perſona contra hanc noſtre

ftre conftitutionis paginam aufu temerario venire præfumferit, excommunicationi fubjaceat, & a perceptione facrofancti corporis Chrifti fiat aliena, donec pœniteat & emendet, fiat, fiat. Amen.

GODEFRIDUS præpofitus de domo & cuftos rocognovit. Berhtoldus decanus recognovit. HEINRICUS prepofitus de fancto Germano, RUODOLFUS de Sto GWIDONE prepofitus r. WINEMARUS prepofitus de Sta Trinitate & magifter fcolarum r. Meingotus cum ceteris fratribus r. Teftes etiam funt hujus conftitutionis liberæ quidam conditionis homines, Oddo *Sporelin*, Marquart & frater ejus Godefrit de *Heinvelt*, Helnger de *Mudach*, Othgerus de *Wizzenloch*, & ceteri. De minifterialibus vero teftes hii funt: Anshelmus *camerarius* (m) cum fratribus fuis, Heinrich Griez, Cuonradus *dapifer*, aliique complures.

Acta funt hæc *Spirae* III id. Martii anno incarnat. Dni MCLVII. Indict. IIII. Imperante FRIDERICO gloriofiffimo Romanor. imperatore Augufto. Feliciter amen.

VIII.

Ex charta donationis Güntheri epifcopi Spirenfis pro coenobio in Mulenbrunnen Kal. Januarii MCLIX.

PREFATO uenerabili loco pro remedio anime mee fubfcripta donaui, videlicet fex horrea integre & plenarie cum omnibus amminiculis inftructa, que ipfi uocant grangias, unum fcilicet apud *fanctum Leonem*, fecundum in *Luzzeim*, tercium in *Kezs*, quartum in *Otderfstat*, quintum in *Marreheim*, fextum apud *Dittenhouen*.

IX.

(m) Alius camerarius epifcopi Spir. inferius comparet, Albertus de Utenheim, in charta num. IX.

IX.

Bertholdi episcopi Argent. commutatio ministerialium cum Conrado Spirensi praesule facta an. MCCXXXVIII.

BERTHOLDUS miseratione Divina Argentinensis episcopus .... unanimi capituli nostri accedente consensu benevoloque favore legaliter cum Dno CUNRADO Spirensis ecclesie presule venerando, capitulo ipsius eciam suum assensum concorditer impercieute, hujusmodi peregimus commutacionem. Eberhardus & Theodericus pincerne de *Welreshowe* cum ipsorum sobole nunc suscepta & postea suscipienda, ministeriali subjectione Spirensi ecclesie deinceps, sicut nostre fuerant, erunt obligati, attinente proinde nostre ecclesie perpetuo, sicut hactenus Spirensi, Beatrice matrona honorabili Egelolphi de *Mundingin*, *marscalci* nostre civitatis, filia quondam Alberti de *Uthenheim camerarii* Spirensis, cum prole jam ex ipsa progenita nec non in posterum progeneranda.... Datum *Argentine* anno incarnat. Dnice MCCXXXVIII. pridie kal. Febr. pontificatus nostri anno quintodecimo.

X.

Wilhelmus rex jus suum regium in castro Chiselowe Spirensi ecclesiae confert an. MCCLII.

WILHELMUS Dei gratia Romanorum rex semper Augustus, universis sacri imperii fidelibus presens scriptum inspecturis gratiam suam & omne bonum. Etsi serenitatem exornet regiam liberalis largitas, larga quoque liberalitas, circa omnes, qui de donis aliquid accipiunt regie largitatis, cuncta tamen preradiat & excellit, quod ad laudem & honorem Creatoris omnium, Regis regum, ac ipsius piissime Genitricis virginis & matris dari contingit & conferri, cum ei, a quo sunt omnia, & a quo omnis potestas in celo & in terra, totus humanus affectus se debeat & effectus.

effectus. Hinc est, quod nos nolentes ab antecessorum nostrorum pie memorie imperatorum & regum vestigiis declinare, verum ipsos gradiendo in equitatis semita bonis operibus & piis actionibus habundantius imitari, jus, si quod nobis in castro *Chiselowe* actenus competebat, ecclesie Spirensi conferimus & donamus, simpliciter & de plano, ut beata Dei genitrix patrona ejusdem ecclesie in hoc, dicte quoque ecclesie electus dilectus noster *Princeps* & *Cancellarius* (*n*) suis nobis gratus meritis honorentur. Quapropter ut predicta donatio sive collatio rata permaneat, successorum quoque nulla super hoc dubietas oriatur, presens scriptum sigilli nostri regio munimine fecimus roborari. Testes Gerhardus archiepiscopus Moguntinus dilectus princeps noster, Cuonradus cantor Moguntinus, Heinricus cantor ecclesie Argentinensis, Eberhardus prepositus de *Mocstat*. Nobiles viri: Cuonradus *comes Silvester*, Emecho comes de *Liningen*, Cuonradus *comes Hirsutus*, Conradus de *Bruberg*, Wiricus de *Duno*, & alii quam plures tam laici, quam clerici. Dat. *Moguntie* quinto kal. Decembr. Indict. undecima, anno Dni MCCLII.

XI.

Literae Ottonis comitis de Eberstein & filiorum ejus, qui decimam suam in Owensheim capitulo Spirensi vendiderunt an. MCCLXXVII.

Otto *nobilis* de *Eberstein* senior omnibus presencium inspectoribus sinceram in Domino karitatem. Quia memoria hominum labilis est, ea que fiunt, in scriptis redigi necesse est ad memoriam instaurandam, & rei geste noticiam faciendam. Quare est quod literis presentibus presenti etati & future constare dignum diximus posteritati, quod nos per manus filiorum nostrorum, Ottonis, Wol-

(*n*) Heinricus, ex Leiningensium comitum prosapia.

WOLFRADI *militum* (o) & HENRICI *Scolaris* vendidimus capitulo Spirenſi decimam, quam nos & predeceſſores noſtri multis retroactis temporibus in *Owensheim* villa ſitam, in medio inter *Owensheim ſuperius* & *Owensheim inferius* in proprium nomine allodii tenuimus, cum omni vtilitate & jure, quo decimam eandem habuimus, pro trecentis libris Hallen. quas nos confitemur ab eodem capitulo recepiſſe. In hac autem vendicione ut capitulum predictum certum exiſtat per manus natorum noſtrorum preſcriptorum, dedimus eidem capitulo pro *Underphant*, ut vulgariter dicitur, curiam unam in villa predicta ſitam, cuius agri ad culturam unius aratri ſufficiunt, & curiam unam ibidem ſub caſtro noſtro ſitam, ad quam pertinent agri duorum aratrorum cum aliis pertinenciis curie utrique attinentibus, ut ſi forte in poſterum decima predicta a capitulo Spiren. a quocunque & quandocunque euicta fuerit, extunc capitulum Spiren. duas curias predictas cum pertinenciis ſuis in proprium & perpetuo recipient & tenebunt in locum & recompenſam decime ab ipſo capitulo euicte. Hec autem ut robur obtineant firmitatis, preſentes literas ſigillis noſtro .. filiorum noſtrorum *militum* predictorum, (p) quorum ſigillis frater ipſorum Heinricus *Scolaris* contentus eſt, capitulo Spirenſi dedimus communitas. Huius tei teſtes ſunt: Cunradus de *Eichelbach*, Heinricus de *Snnnensheim*, Eberhardus de *Mulnhuſen*, Appulo de *Offenbach*, Gotzo de *Vzingen* milites, & Wernherus aduocatus de *Bullenkeim*, nec non qnam plures alii fide digni. Actum & datum anno Domini Milleſimo CCLXX ſeptimo.

Das

(o) Vides hic honorificum militis nomen communicatum cum primariæ nobilitatis juvenibus, uti contra ejusdem conditionis proceres inter miniſteriales regni & eccleſiarum comparent, quibus opponuntur liberæ conditionis homines.

(p) Appendent adhuc inſtrumento ſigilla hæc tria, a ſe invicem inſcriptione tantum diverſa. Pater & filius natu major in ſigillis ſuis *comites* ſcribuntur, Wolfradus hoc caret elogio.

Das

ÖSTLICHE FRANZIEN

in seine Gauen eingetheilt

von

CHRISTOPH JACOB KREMER.

UNTER den entdeckungen unserer zeiten, in ruckſicht auf die geſchichte, iſt diejenige, daſs die Gauen, in welche ganz Deutſchland vertheilt geweſen iſt, ſich nach dem lauf der gewäſſer gebildet haben, und daſs darauf auch die geiſtliche eintheilung der diöceſen nach den Gauen eingerichtet worden, eine von den vornehmſten. Denn dadurch allein ſind wir im ſtande, nicht nur dieſe Gauen, ſondern auch ganze provinzen nach ihrem ganzen umfang genau zu beſtimmen. In meiner Geſchichte des Rheiniſchen Franziens habe ich mit dieſer provinz, welche man vorher faſt gar nicht, oder doch gar dunkel gekannt hat, die probe gemacht. Sie iſt mir gelungen, ſo daſs ich ihre ganze grenze ringsherum, und dann auch die von einem jeden Gau ins beſondere, welche in dem Rheiniſchen Franzien begriffen geweſen ſind, ganz umſtändlich habe beſchreiben können. Auch mit den grenzen des Oeſtlichen Franziens habe ich dieſes gethan. (q) Jezt will ich nach eben dieſer regel auch die Gauen deſſelben aufſuchen, und einem jeden, ſo viel es möglich iſt, ſeinen plaz anweiſen.

(q) *Geſchichte des Rheiniſchen Franziens* ſeit 168 — 155.

Das chronicon Gotwicense, dieses in der erdbeschreibung der mitleren zeiten so vortrefliche werk, wie ungleich wichtiger würde es geworden seyn, wenn sein verfasser solche regeln von der übereinkunft der archidiakonaten und dekanaten, oder der sogenannten ruraralkapitel mit den Gauen benuzet hätte ?

Die haupturkunde, woraus wir die Gauen des Oestlichen Franziens, oder wie wir jezt sagen, Frankoniens, kennen lernen, ist von kaiser Arnulf, datum kalend. Decembris 889. (*r*) Der monarch bestättiget darin der Würzburgischen kirche den schon von den Fränkischen königen, Pippin und Karlmann, geschenkten zehenten theil des tributs, welchen noch damals die Oestlichen Franken und die Slaven, die unter ihnen wohnten, alljährlich in die königliche kammer bezahlen mussten. Ich will die stelle daraus hier hersezen, weil sie ein hauptbeweis ist, dass das Oestliche Franzien nur aus den nachgesezten Gauen bestanden ist.

„ Qualiter ipsi (nämlich Pippin und Karlmann) pro suae „ mercedis augmento ad ecclesiam S. Salvatoris, ubi S. Kylia„ nus martyr Christi preciosus corpore requiescit, decimam tri„ buti, quam de partibus Orientalium Francorum, vel de Sclavis, „ ad fiscum dominicum annuatim persolvere solebant, quae se„ cundum illorum linguam steora vel osterstuopha vocatur, ut „ de illo tributo siue reditu, annis singulis pars decima ad prae„ dictum locum persolveretur, sive in melle, sive in paltenis, seu „ in alia qualibet redibitione, quae, ut diximus, in *pagis orient. tal. Francorum* persolvebatur, *id est*, in *pago Waldsazzi* & de *pago* „ *Thubargouue* & *Wingartweiba* & *Jajasgeuui*, *Mulachgeuui*, „ *Nekhergeuui* & *Chohargeuui* & *Rangeuui* & *Iphgeuui*, *Hasageuui* „ & *Grafeld* & *Dullifeld*, *Salageuui*, *Weringeuui*, *Gozfeld* & „ *Badanachgeuui*. „

Hier

(*r*) In *Eckards commentariis de rebus Franciae, Orientalis* unter den urkunden tom. II, num, XXI, seit 895 sq.

Hier haben vir alſo alle Gauen beiſammen, welche das Oeſtliche Franzien ausgemacht haben. Wir wollen einen nach dem andern vornehmen und ſehen, wie ſolcher mit den übrigen urkunden übereinſtimmt.

I. Der Gau Waldſazzi.

Dieſer Gau war gröſten theils in dem groſen bogen begriffen, welchen der Main bei Wertheim bis über Würzburg hinaus macht. Die orte Steinbach, (*s*) Immineſtat, (*t*) Cellingen und Steinfelden, (*u*) Rorbach, (*x*) Birkhanefeld, (*y*) Rominingas, (*z*) Holzkircha, (*a*) Utinga, (*b*) Bettinga, (*c*) Adelhalmeſtat (*d*) beweiſen

(*s*) Urkunde des königes Ludwig des Kindes vom jahre 910, beim *Schannat tradit. Fuld.* num. DL, ſeit 226.

(*t*) Charta Ludovici Pii dat. VI idus Junii anno Chriſto propitio XXII imperii, beim *Eccard. Franc. Orient.* tom. II, ſeit 886.

(*u*) Der mönch Eberhard in *ſummariis tradit. Fuld.* num. 158, ſeit 288.

(*x*) *Cod. dipl. Lauresh.* tom. III, num. 3577. ſeit 155.

(*y*) Charta Mantonis comitis vom jahre 788, beim *Schannat* loc. c. num. LXXXIII, ſeit 42,

(*z*) Siehe oben not. *s*)

(*a*) Schenkungsbrief über dieſes Holzkirchen von Karl dem Groſen menſe Novembri anno VIII regni noſtri (776) beim *Schannat trad. Fuld.* num. XLV, ſeit 24. „ Monaſteriolum cognominatum Holzkiricha in „ pago Waldſaſſin ſuper fluvium Albſtat „ und *Rudolfus presbyter vita Rabbani abbatis*, beim *Schannat cod. probat. hiſtor. Fuld.* ſeit 127. „ In monaſteriolo, quod vocatur Holzkiricha, ſitum in provincia Waldſazzi. „ Ein anderes Holzkirch war in Schwaben an der Werniz.

(*b*) *Summaria traditionum Fuldenſium* num. 61, ſeit 283.

(*c*) *Rudolfus presbyter* loc. c. ſeit 129.

(*d*) *Tradit. Fuld.* num. LXIII. Wahrſcheinlicher weis an der bach Albſtatt, die bei Bettingen in den Main flieſset.

ſen es, die alle in urkunden mit namen darein geſezt werden, und auf unſeren karten in Steinbach bei Lohr, Himmelſtat, Zellingen, Steinfelden, Rorbach, Birkenfeld, Remlingen, Holzkirchen, Uttingen und Bettingen noch jezt anzutreffen ſind. Der Waldſazzi machte alſo noch einen theil des Speſſaharts aus, (e) von welchem er wahrſcheinlich ſeine benennung bekommen hat. Denn gleichwie noch kaiſer Wenzel im jahre 1361 an den grafen Ludwig von Reinek die freien leute, die um und in dem walde Speſſart geſeſſen waren, zu lehen gegeben hat; ſo kann es ſeyn, daſs er von den leibeigenen, die in ſolchem theil des Speſſaharts geſeſſen waren, um ihn urbar zu machen, der *Gau der Waldſaſſen* genennet worden, einer gattung leute, welchen man in der Ripuariſchen provinz den namen der Werluten gegeben, wie ich anderswo erwieſen habe.

Da die genannten Waldſaſſiſchen orte allein in den Würzburgiſchen dekanat von Karlſtat gehören, (*f*) welcher ſich nicht nur über den Waldſazzi, ſondern auch über den Weringewe und Salingewe erſtrecket hat, ſo werden uns ſeine diöceſanorte den vortreflichſten dienſt leiſten können, um die grenzen ſolcher Gauen genauer zu beſtimmen.

Aus dieſem grunde bin ich gewiſs, daſs der Waldſaſſi gegen abend und mitternacht an den Rheinfränkiſchen Maingau, gegen morgen an den Weringau und Gozfeldun, und gegen mittag an den Badanachgau und Tubergau angeſtoſſen habe.

Von

(*e*) Davon die urkund vom jahr 910 in *Schannats tradit. Fuldenſ.* n. DL. „ Dedit itaque memoratus Rabanus abbas . . res ſitas in pago *Uvalſatio* in villa vocata Barahendingen . . & econtra dedit prædictus „ comes Poppo ex rebus ſui comitatus, ex villa ſcil. Rominingas . . „ ad partem monaſterii ſui in eodem pago in foreſto noſtro vocabulo „ *Spehteshart* quandam portionem ſilvæ &c. „

(*f*) *Würdtwein ſubſid. diplomat.* tom. V, pag. 376.

und frayheiten, rechtlichen ein- und zugehörungen, nichts ausgenohmen, noch hindan gesezt, zu lehen gnediglich geraicht und gelyhen, alles verners inhalts unsers kaysserlichen lehenbriefs seiner liebden deſshalb jezt verfertigt, zuegestellt, und aber der auch hochgebohrn Wolfgang pfalzgraf bey Rhein, herzog in Bayern, grafe zu Spanheim und Veldenz, unser lieber ohaim und fürst uns darbey unterthenigklichen zu erkennen geben, welcher masſen die pfalzgrafen am Rhein, und insonderhait vorgedachter pfalzgraf Friederich yeziger churfürst, und sein pfalzgraf Wolfgangs lieb, als derjenig, so nach abgang mehrgemelts churfürsten pfalzgraf Friederichs lini, der succession am nechsten, sich mit einander verglichen, daſs er unser oheim pfalzgraf Wolfgang für sich und seiner lieb lini mit vermelter chur- wahl- und erztruchsäsen-ambt der pfalzgrafschafft am Rhein, samt allen iren zugehörigen landen, leüthen, præeminanzen und hochhaiten solcher irer künftigen anwartung und angefels halber jederzeit in gesamter belehnung stehen und seyn sollen, wie uns dann sein lieb nit allein die derwegen aufgerichteten besiegelten verträg, sondern auch oft angeregts unsers oheims und churfürstens pfalzgrafs Friderichs schrifftlichen verbrieften consens in originali fürgebracht, und uns darauf diemüthiglichen angeruefen, und gebetten, daſs wir als regierend Römischer kaysser seiner liebden in solch gesamte belehnung gnedigist kommen lassen wolten, daſs wir dem allem nach vorbestimbts unseres lieben ohaimbs pfalzgraf Wolfgangs gehorsam zimlich bitt, auch die angenemmen, getreüen hochnüzlichen und erspriesſlichen dienst, so das churfürstlich hauſs der pfalz weyland unseren löblichen vorfahren Römischen kaysern und kögen, auch uns selbst offt und dick bewiesen, mit gnaden angesehen, und darumb mit wohlbedachtem muth, guetem zeitigem rath, obberürter unser und des reichs churfürsten, fürsten, grafen, edeln und getreüen und rechter wissen, auch in sonderer betrachtung, daſs obgedachter pfalzgraf Wolfgang samt

seiner

seiner liebden lyni dem jeztregierenden pfalzgraf churfürsten und desselben lyni an negsten befreündt, und von rechts und billighait wegen auf einen solchen fahl der chur fähig, die anwartung, angefehl und gesammte lehenschafft am Rhein, das herzogthumb in Bayern, sambt allen andern oberzehlten iren zugehörigen fürstenthumben, landen, leüthen, graffschafften, herrschafften, schlössern und güetern, praeeminenzen, würden, ehren, und hochhaiten, wie das alles von vielermeltem pfalzgrafen Fridrichen jezigen churfürsten und seiner lieb vorfahren empfangen und getragen, auch noch empfangen und getragen würdet, nichts davon ausgeschlossen, in bester form, als solches geschehen soll und mag, durch mitangreiffen des heiligen evangelii und schwerts zu seiner liebden und derselben lyni rechten gnediglich geraicht und verlyhen haben, raichen und verleihen inen solche gesamte hand angefehl und habende gerechtigkait hiemit aus Römischer kaysserlicher macht, wissentlich, in crafft diss briefs, was wir von billichkaith und rechts wegen daran zu verleihen haben, also, dass vielgedachter unser ohaim pfalzgrafe Wolfgang, und seiner liebden lyni, nun fürbashin mit unserm ohaim und churfürsten pfalzgraf Fridrichen und desselben lyni in gesammter lehenschafft sitzen, auch sich dern zu irm rechten erfreüen, gebrauchen, und geniesen sollen und mögen, alsdann solcher gesamten lehenschafft recht, gebrauch, gewohnheit und herkommen ist, von allermenniglich unverhindert. Der oftbestimmte unser lieber ohaim und fürst, pfalzgraf Wolfgang, hat uns auch gewöhnliche huldigung, glüebt und aydt gethan, uns und dem heiligen reich davon getreü, gehorsam und gewertig zu seyn, zu dienen und zue thun, alsdann des heiligen reichs fürsten einem Römischen kaysser oder könig irem rechtem herrn, von rechts oder gewohnhait wegen zu thuen pflichtig seyn, ungeferlich; mit urkundt diess briefs besigelt mit unserem kaysserlichen anhangendem insigel. Geben in unserer und des heiligen reichs stadt *Augsburg*, am neün und

zwan-

zwanzigsten tag des monats Aprilis, nach Christi unsers lieben Herrn und Heilands gepurt, fünfzehen hundert und im sechs und sechzigstem; unserer reiche des Römischen im vierten, des Hungerischen im dritten, und des Böhmischen im achtzehenden jahren.

Und anjetzo nach absterben bemelts herzog Wolfgangs sohn, als der ölter von sein und seiner gebrüdern, Johansen, Otthainrichen, Fridrichen und Carln pfalzgrafen bey Rhein, herzogen in Bayern und grafen zu Veldenz, wegen zue dero jedes vermög obeingeleibter verträg und ires vattern hinterlassener testamentlicher verodnung und disposition habenden anwartung uns demüthiglich ersucht und gebetten, wir wolten obangeregte anwartung und gesammte angefehl und lehenschafft der churfürstlichen Pfalz auf seine lieb als des ältern, seine mannliche leibs lehens erben und nachvolglich dem obbenannte gebrüdere persohnen, wiederum erneüern, confirmiren und bestetten, dass wir hierum angesehen solcher seiner lieb ziemlich bitten, auch die angenemen getreüen dienste, so deren vorfordern pfalzgrafen uns und unseren vorfahren am H. R. Reich kayssern und königen und dem reich vielfeltiglich erzaigt, seine liebden auch fürbas uns und unseren nachkommen zu erzaigen urbietig, auch wohl thuen mag und solle, und haben demnach seiner lieb angeregte anwartung und gesamte angefell und lehenschafft der churfürstlichen Pfalz zu seiner liebden lini rechten ihn allermassen, wie dieselb weyland seiner lieb grosvattern herzog Wolfgangen, durch mitangreiffung des heiligen evangelii und unsers kayserlichen schwerts gnediglich geraicht und geliehen, erneüert, confirmirt und bestettigt; erneüeren, confirmiren und bestetten dieselbe auch hiemit von Römischer kayserlicher macht, und in crafft diss briefs, also wissentlich, was wir seiner liebden von rechts und pillihait wegen daran erneüern, confirmiren und bestetten sollen und mögen, also dass vielgedachter unser lieber ohaim und fürst Philipps Ludwig nun fürbas

mit

mit vorobgedachtem unserm auch lieben ohaimb und churfürsten pfalzgraf Friderich und desselben lyni, gleicher masſen weyland sein vatter herzog Wolfgang der berürten chur in gesamter lehenschafft sitzen, zu begebenen fählen neben derselben zu seiner lini rechten mitbelehnet werden, und sich dero gebrauchen, erfreüen und geniessen solle und möge, alsdann solcher gesammten lehenschafft recht, gebrauch, gewohnhait und herkommen ist von allermenniglich unverhindert. Mit urkundt diss briefs besigelt mit unserem kaysserlichen anhangenden insigl, der geben ist auf unserm königlichen schloss zu *Prag*, den siebenden tag des monats Aprilis, nach Christi unsers lieben Herrn und Heilands gepurt, tausend fünf hundert und im siebenzigisten; unserer reiche des Römischen im achten, des Hungrischen im siebenten, und des Bohaimischen im zwey und zwanzigsten jahren.

Und uns darauf obgenannter unser lieber vetter und fürst pfalzgraf Wolfgang Wilhelm, diemüetiglich angerueffen und gebetten, nachdem nunmehr seiner lieb für sich selbst, dero mannlichen leibserben, und nach derselben abgang dero gebrüdern, als Augusten und Johann Friderichs aller pfalzgrafen bey Rhein, herzoge in Bayern, grafen zu Veldenz und Spanheim auch derselben descendenten vermög der guldenen bullen und in des chur- und fürstlichen hauss Pfalz aufgerichteten erbverträgen ratione primogenituræ und nach aufhörung derselben auf andere agnaten dieser irer liebden lini die erneüerung bestettigung und confirmation der berürten belehnung und anwartung zu aller irer liebden lini und derselben lini rechten an der succession von uns als jezt regierendem Römischen kaysser, wiederumb zu ersuechen und zu erlangen gepüren wolte; doch dem hochgepornen Friedrichen pfalzgrafen bey Rhein, herzogen in Bayern des H. R. R. erztruchsässen und churfürsten, und seiner liebden minderjährigen bruder, Ludwig Philipsen pfalzgrafen bey Rhein, herzogen in Bayern, und so lang dero liebden mannsstammen layen

weren, auch ihrer hochhait, dignität und gerechtigkait nach vermög guldener bullen auch der pfalzgrafen allerseiths im fünfzehnhundert drey und fünfzigsten jahr aufgerichten vertrag, und anderen ergangenen decreten und ordnungen unabbrüchig; dass wir als jezt regierender Römischer kaysser ime pfalzgrafen Wolfgang Wilhelmen für sich selbst, und seinen mannlichen leibserben, und nach dern abgang mehrgemelten seinen beden gebrüdern die bestettigung, erneüerung und confirmation der obangeregten anwartung und angefehl der churfürstlichen Pfalz, immassen der durchleüchtigste fürst herr Rudolf der ander Römischer kaysser unser geliebter herr und bruder, auch nechster vorfahr am reiche, lob- und christseeligster gedechtnuss, und jüngstlich auch wir nach unserer angetrettnen kaysserlichen regierung noch unterm dato, *Prag* den zehenten November, jars sechzehnhundert und zwelften, auch gethan, allergnedigist ervolgen, und widerfahren zue lassen geruheten, so haben wir demnach mit gnaden angesehen vorgemelts unsers lieben vetters und fürsten pfalzgraf Wolfgang Wilhelms gehorsamlich pitt, auch die angenemen getreüen, hochnuzlichen und erspriessliche dienst, so das churfürstlich hauss der Pfalz weyland unsern löblichen vorfahren Römischen kayssern und königen oft und dick bewiesen, und er samt vorernannten seinen männlichen leibes-erben, und nach deren abgang beeden seiner liebden gebrüdern Augusten und Johann Fridrichen allen pfalzgrafen uns und dem heiligen reich hinfüran in künfftig zeit sich zu thun unterthenig und gehorsamlich erpeüt, auch wohl thun mag und soll; und darumb mit wohlbedachtem mueth, guetem zittigen rath, und rechter wissen auch in sonderer betrachtung, dass seine liebden und derselben männliche leibs-erben, und hernacher seiner liebden brüdere, und nach abgang derselben andere agnaten von dieser lyni nach obermelts pfalzgraf Friederichs churfürstens minderjährigen bruders Ludwig Philipsen und derselben lini nach der chur fähig,

dem-

demselben unserm lieben vetter und fürsten pfalzgraf Wolfgang Wilhelmen für sich und seine mannliche leibs lehens erben, und nach abgang derselben seine gebrüdere zu deren yedes anwartung die vielberürte angeföhl und lehenschafft der chur-wahl und erz-truchsäßen amts der pfalzgrafschaft am Rhein, des herzogthums in Bayern, samt allen anderen ihren zugehörigen fürstenthumben, landen, leuthen, graffschafften, schlössern und güetern, praeeminenzen, würden, ehren, hochhaiten, wie das alles von ermeltem pfalzgraf Fridrichen churfürsten und seiner liebden vorfahren empfangen und getragen würdet, nichts davon ausgeschlossen, in bester form, als solches geschehen soll und mag, zu seiner liebden und derselben liny rechten gnediglich erneüert, confirmirt und bestättet. Erneüern, confirmiren und bestetten ime solche angeföll und habende gerechtigkait hiemit aus Röm. kayerlicher macht wissentlich in crafft diss briefs, was wir von billighait und rechts wegen daran zu erneüern, zu confirmiren, und zu bestetten haben, also, dass vielgedachter unser vetter pfalzgraf Wolfgang Wilhelm, seine männliche leibs erben, und nach deren abgang mehrgedachter seiner liebden gebrüdere, auch aller irer liebden lyny nun fürbashin mit mehr hochernanntem pfalzgraf Friederich churfürsten, und dessen lieb noch minderjährigem bruder Ludwig Philipsen die lehenschafft der anwartung künftiger fäll haben, auch sich deren zue seinem rechten, da sich die fäll begeben, erfreüen, gebrauchen und geniesen sollen und mögen, als dann solcher anwartungs-lehenschafft recht, gebrauch, gewonhait und herkommen ist, von allermenniglich ohnverhindert. Doch uns dem reich an unseren und sonst menniglich an seinen rechten unvergriffen und unschedlich. Mit urkundt diss briefs besigelt mit unserm kaysserlichem anhangendem insigel. Geben in unserer stadt *Wien*, den sechzehenden tag des monaths May, nach Christi unseres lieben Herrn und seeligmachers geburth, sechzehenhundert und im

fünfzehenden, unserer reiche des Römischen im dritten, des Hungrischen im siebenden, und des Böhmischen im vierten jahren.

MATHIAS J.

Vice Rmi Domini Jo. Swikardi
Archicanc. & Elect. Mog.
Vt LL. v. Ulm.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ
Majest. proprium.
J. R. Pucher.

ANTIQUITATES

Judicii Palatini in Caesarem.

Auctor

GEORG. JOSEPHUS WEDEKIND.

Aliorum sensa.

INTER illustrissimas, quibus eminet ab antiquissimis jam jam temporibus SERENISSIMUS ELECTOR PALATINUS, prærogativas illa sane princeps est, qua ipsi judicium in cæsarem adscribitur. Varia sunt de hoc judicio eruditorum sensa, quæ uno ictu omnia evertere adlaboravit *Senkenbergius*, *de fabula judicii Palatini in caesarem* dum edidit libellum, in quo commonstrare adnititur, nunquam judicium hoc fuisse exercitum, fontemque fabulæ se detexisse putat in literis a pontifice Rom. ad Richardum, Germaniæ

maniæ regem, a. 1263 exaratis, (x) in quibus jus decidendæ electionis regis controversæ Palatino competere affirmatur. His enim literis aut earum memoria factum esse asserit, ut falsa illa & erronea opinio, a speculorum, *Alemannici* (y) & *Saxonici* (z) compilatoribus adoptata, ad Carolum IV usque propagata sit, qui cum antiquas consuetudines in Aurea Bulla firmare vellet, nec quidquam certi de Palatino isto judicio comperire potuisset, simpliciter statuit, (a) *sicut de consuetudine introductum esse dicitur.*

Succenset ESTOR (b) gravissime Senkenbergio, existimans sine temeritate id, quod lege quadam imperii publica sancitum est, pro fabula venditari non posse, quamvis non neget, quandoque quidquam fabulosi irrepere posse per errorem compilatoris in leges. Concedit temporum barbariei inconcinnam & hinc inde ridiculam Aureæ Bullæ compilationem, stilumque illi, qui in literis obscurorum virorum regnat, vix non similem adfirmat; sed his non obstantibus, & si omnino nova esset dicta A. B.

 dispo-

(x) Habentur in *Leibnit. Cod jur. gent. dipl.* p. 14.

(y) Lib. 2, C. 43. in *Schilteri thesauro* tom. 2. „Wenn die fürsten den „künig wollent beklagen, so er ihn wider recht thut, das sollen sie „thun vor dem pfalzgrafen vom Rhein, die ehre hat er für andern „fürsten.

(z) Leg. 3, art. 52, §. 5. ap. *Goldast. de consuetud. imperial.* p. 160. „Judex absque præfecto, id est, sculteto legitimum judicium habere „minime potest, quia si de judice conqueratur, coram sculteto respon„dere tenetur, scultetus enim est judex culpæ judicis, & Palatinus „seu Palansgravius imperatoris judex est. „ In editione Augustana an. 1516 ita sonat: „Sine præfecto judex legitimum habere judicium „non potest, coram quo si accusetur, se juri debebit exhibere, quia „præfectus judicis judex est suorum delictorum, sicut Palanzgravius „imperatoris judex extiterit.

(a) Cap. 5, §. 3.

(b) *Neue kleine schriften* T. 1, p. 525.

dispositio, eundem illi, ac aliis quibuscunque capitibus, competere legis vigorem contendit.

Ratiociniis tam affirmantes quam negantes judicium Palatinum maxime innituntur, adeoque non mirum, pro diversa cujusvis indole alia foveri sensa.

Occasio scribendi nova.

Feliciorem prae aliis, qui thema hocce pertractarunt, me existimo, quippe cui sors contigit exoptatissima, obtinendi monumentum, cujus dignitas tam ab ubertate materiae, quam ab antiquitate, & a fide, quam meretur, non satis potest extolli. (c)

Statuta curie Nurenberg celebrate an. 1274 intelligo, ex codice saeculi XIII descripta; quae, ni me omnia fallant, judicium Palatini nova prorsus ratione stabiliunt atque illustrant. En verba eorum initialia & huc potissimum spectantia, in quibus explanandis meum qualecunque studium liceat experiri.

In publico consistorio tempore solempnis & regalis curie Nurenberc celebrate considentibus principibus ac honorabili caterva comitum & baronum, maximaque multitudine nobilium & plebeiorum astante coram serenissimo domino Rudolfo Romanorum rege ad exhibendum unicuique justitie complementum. Primo peciit rex sentencionaliter diffiniri, quis debeat esse judex, si Romanorum rex super bonis imperialibus & ad fiscum pertinentibus & aliis iniuriis regno vel regi irrogatis contra aliquem principem imperii haberet proponere aliquid questionis, & diffinitum fuit ab omnibus principibus & baronibus, qui aderant, quod Palatinus comes Reni auctoritatem judicandi super questionibus, quas imperator vel rex movere vult principi imperii, obtinuit & obtinet ex antiquo.

Con-

(c) Fautori colendissimo, a quo id ipsum teneo, publice hisce grates rependo maximas; amico, qui de studiis meis qualibuscunque optime meretur, & cui orbis literarius plurima & praestantissima in acceptis refert, faustissima quaevis hic liceat apprecari.

Consistorium ex variis, quibus pollet, acceptionibus (*d*) denotat hic locum, in quo princeps de negotiis publicis cum suis deliberat, determinatque consistorianis, qui monente jam Cangio aliquando quoque consederunt, id quod teste charta nostra Norimbergæ in præsentia Rudolphi cæsaris observatum, ita tamen, ut principes consederint, reliqui adstiterint, regi. Caterva comitum & baronum honorabilis, nobilium & plebeiorum multitudo maxima, cum a se invicem distinguantur, comites & barones fuisse conjunctos, nobiles & plebeios in unam classem positos intelligimus, ita ut tres in hac curia classes facile quivis distinguat. Insuper cum comites & barones, eademque ratione nobiles & plebeii sub nomine collectivo nominentur, insignem jam tum inter comites, barones & principes differentiam intercessisse patet. Congregatum fuit consistorium ad complementum justitiæ (*e*) unicuique exhibendum; in quo negotio differt consistorium a curia, quæ justitiæ objectis proprie haud fuit occupata.

Consistorium

Maxime autem ante omnia hic notandum est, 1) Rudolphum proposuisse, quis debeat esse judex, si Romanorum rex sustineat personam actoris contra aliquem principem. 2) Objecta sive causas proponendas fuisse a) de bonis imperialibus, b) ad fiscum pertinentibus, c) de aliis injuriis regno vel regi irrogatis. 3) Generaliter in questionibus, quas imperator vel rex movere vult

(*d*) Sic consistorium dicitur *quivis locus, ubi consistitur*; unde *vestibulum, porticum* denotat. Porro *locus cubiculariis*, in quo ad domini præcepta parati excubabant, *addictus*. Sic quoque pars palatii regii vocabatur consistorium, fuitque locus, in quo consilia habebantur. *Chron. Gottw.* L. 3, C. 2, f. 452. Alios insuper significatus habet in jure sacro.

(*e*) Summa judiciorum potestas apud consistorium principis permansit secundum leges Romanas, unde *justitiae complementum*. Non dicebatur consistorium, nisi ubi princeps erat præsens. Differt hoc sensu ab *auditorio*, in quo causæ tantum privatæ agebantur, in consistorio contra publicæ maxime.

vult principi, auctoritatem judicandi obtinere & obtinuisse ab antiquo Palatinum Rheni comitem.

Judicium Palat. cæsare actore & reo.

Prima, quæ ex his elucescit, nova veritas, est judicium Palatinum actore rege vel imperarore locum habuisse. Imperatore reo A. B. & alia documenta id potissimum valere jubent. Errant itaque omnes, qui cum Vitriario, ejusque illustratore Pfeffingero (*f*) nullum, si imperator agit, judicio Palatini locum dari existimant, fundamentum adsertionis adlegantes, quod actor sequatur forum rei. At ex charta nostra ob omnibus est definitum, obtinere omnino & pridem obtinuisse eo casu judicium istud Palatinum.

Inconcussa nimirum est veritas, nullum in Germania olim substitisse judicium sine adsessoribus, quamvis unius tantum judicis nomen in legibus & chartis soleat occurrere. (*g*) Res majores in conventibus publicis, causas ad comites seu graviones, imo & ad missos dominicos pertinentes haud sine scabinis unquam fuisse decisas, capitularia regum & innumeræ chartæ antiquæ testantur. Fridericus II imp. quolibet mense, ubicunque in imperio fuerit, quatuor minimum diebus personaliter judicio publico præsidere promisit. (*h*) Cum dicatur præsidere judicio, adsessores fuisse adlectos apparet. Idem Fridericus judicem curiæ constituit; (*i*) quem non solum, sed cum adsessoribus judicasse demonstravit Senkenbergius, (*k*) quamvis con-

(*f*) Lib. III, Tit. 12, §. 20.

(*g*) *Estor de judicio principum*; *Joachim von deutschen Reichstagen* tom. I, p. 362. &c. multis probatam dedere hancce veritatem. Testis est *Albericus* in *Leibnitii accessionibus hist.* p. 548.

(*h*) In comitiis Francofurt. an. 1234.

(*i*) In comitiis Moguntinis an. 1235. Verba extant in *Senkenbergs sammlung der reichsabschiede*, tom. I, p. 25.

(*k*) De *judicio Camerali* hodierno in adjunctis n. 3, p. 65.

constitutio Friderici ne verbum dicat de adsessoribus. Hodieque notissima est, adlocutio judicis cameræ imperialis solitaria absque ulla adsessorum mentione. Quis inde concludat, solum judicem in camera cognoscere, decernere, sententiam ferre? Et in Saxonia variisque aliis Germaniæ civitatibus, ubi antiquus modus celebrandi judicia, potissimum criminalia, adhuc obtinet, solus ab accusatore compellatur judex, illeque ut sententiam ferat, pœnamque decernat, rogatur, quamvis multi adsideant scabini, secundum quorum suffragia omnis fertur sententia.

Ex his omnibus facile colligitur, & ipsa charta nostra Rudolphina id innuit, quod cum Aurea Bulla, aliaque monumenta de comite Palatino, imperatoris judice, loquuntur, is judicium non solus, sed assidentibus & acclamantibus multis aliis imperii proceribus, exercuerit.

Germaniæ autem reges tam pleno jure nunquam imperarunt, quin ordines regni eos in jus vocare potuerint, clientelaria secuti Germanorum instituta, quæ vasallo dabant facultatem agendi coram paribus curiæ contra dominum directum, & vice versa. Hinc comes Palatinus inter principes sæculares primus cum esset, præses judicii parium curiæ, adeoque cæsaris, sive rei sive actoris, judex necessario habebatur. Si princeps principi causam movebat, imperator cum paribus exercuit judicium. Cæsare autem ipso actore vel reo, ubi judex ipse esse non potuit, judicium ad principem, qui primus a cæsare, Palatinum nempe Rheni comitem, devolvebatur.

Nititur hac eadem prærogativa jus, quo Palatinos electores usos non semel esse deprehendimus, pronunciandi nempe electionis regiæ decretum.

Quamvis autem adsessoribus uterentur imperator & comes Palatinus, inde judiciaria utriusque potestas neutiquam imminuta dici potest, quippe assumti sunt in jurisdictionis molestiam, non autoritatem, neque semper iidem, neque præcise pares consilia- Assessores.

rii. (*l*) Ex diplomate Ludovici marchionis Brandenburgensis a. 1350. (*m*) Palatini judicio, quo Woldemarus impostor fuit pronuntiatus, assederunt marchio Misnensis, dux Oppaviæ, dux Suidnicensis, Lignicensis, Tessinensis, comes Schwarzenburgicus, Gerlacus de Hohenloe, Wilhelmus de Landstein, Boto de Turgaw, Timo de Colditz, Albertus de Maltiz. Hos autem neque omnes principes imperii, neque ex præcipuis Germaniæ proceribus fuisse constat. Rupertus elector tum assessores, quid ipsis in causa ista videretur, quæsivit, & ex animi sui sententia judicavit. (*n*)

Quemadmodum enim confirmatio cæsarea ad vim judicato tribuendam adeo necessaria est, ut requisito adsessorum consilio summa tamen rerum ab ipso dependeat, ita ex eo, quod adsessores comparuerint, Palatini autoritas nequaquam infirmatur.

Locus judicii.

Ex dictis hactenus lucem accipit Aureæ Bullæ textus: *Comes Palatinus ipse non alibi, praeterquam in imperiali curia, ubi imperator seu Rom. rex praesens extiterit, judicium poterit exercere.* Gravissimos obtinere adsessores cujusvis interfuit litigantis, maxime vero majestatis imperatoriæ. At in curia imperiali principes imperii maximo numero confluebant, ut illustrissimi facili ratione

---

(*l*) Loco omnium liceat provocare, quantum ad imperatoris judicata adtinet, ad tractatum insignem *Christophori Oehlhasen* à *Schoellenbach*, *de jurisdictione in feuda imperii* p. 27, 34, 44, 55, 66, 87 & passim.

(*m*) Extat illud apud *Sommersberg script. rer. Silesiacarum* T. 1, p. 981.

(*n*) En verba diplomatis l. c. „Das er (principes & nobiles) gefragt habe, [illegible] sie ihm durch Gott des ersten und durch des heiligen Römischen [illegible] recht und [illegible] willen, und auch um sonderlicher freund[illegible] und [illegible] waysen des rechten, und was er [illegible] solle.„ Addit porro: „Die [illegible] selber billichen und recht [illegible] dem heiligen reich „ve[illegible]

tione proceres ad ejusmodi Palatini judicium formandum & celebrandum adessent. Curia hic non præcise denotat imperii comitia, multo minus universalia, sed talem conventum, in quo principes imperii ad adsessorum munus deligi poterant; sicque libertate circa nominandos adsessores restricta, majestati imperatoris singulari ratione fuit prospectum.

Judicium majestati imper. non officit.

Quam parum autem ejusmodi judicium dignitati adversetur imperatoris, paucis erit commonstrandum. Missis, quæ ex jure naturæ & gentium adferri facile possent, patet ex LL. Romanis receptum, & eo jure usos esse Romanos, ut si quis major subjiciat se jurisdictioni alterius, possit ei & adversus eum jus dici. (o) Pax quoque Constantiensis conformis est. (p) Si rex Galliæ coram parlamento Parisiensi, si rex Arragoniæ coram justitia Arragonica, rex Hispaniæ coram ordinibus suis, rex Daniæ coram universo regni senatu, si rex Bohemiæ ratione Silesiæ coram judicio Wratislaviensi & ratione ducatus Glogoviensis coram paribus curiæ conveniri debuerint; si electores Palatini, Saxoniæ, Brandenburgenses & alii coram suis conveniantur dicasteriis, sine majestatis aut superioritatis detrimento, quidni id ipsum de majestate imperatoris, intuitu judicii Palatini, adserendum erit? Necessitas hac in re injuncta imperatori in regno, in quo illimitata imperanti non competit majestas, supremæ ejus dignitati non contrariatur, & cum imperatore libere secundum constitutionem & formam reipublicæ nostræ sint electi, necessitatem

 standi

(o) L. XIV D. de jurisdictione. L. XIII §. 4 D. ad sct. Trebellian. L. x D. de testibus, & multæ aliæ eandem comprobant veritatem; II feud. 39.

(p) Definit illa § *Sententiae quoque* his verbis: *Si qua controversia fuerit orta inter imperatorem Fridericum & alium qui sit de societate per pares illius civitatis vel episcopatus, in quo descendit, agetur & secundum consuetudinem illius civitatis in eodem episcopatu terminetur.*

ſtandi coram judicio Palatini fuiſſe conſequentem, illique quemvis imperatorem, libere acceptando dignitatem imperatoriam, ſe ſubjeciſſe adfirmari debet.

Miratus ſæpe fui, doctoribus non arridere hoc judicium Palatini propter majeſtatem imperatoris, cum tamen a) electores & ſtatus imperii partim majeſtate, partim poteſtate majeſtati analoga gaudentes quotidie judicentur a nobilibus & jurisconſultis in utroque ſupremo imperii tribunali; b) contra fiſcum imperatoris in iisdem quotidie agatur & decernatur dicaſteriis; & nullus ſane vel comparationem inter membra archidicaſteriorum & ſereniſſimum Palatinum quoad dignitatem inſtituere audeat; c) fateantur & conclament adverſarii, cauſas, in quibus conveniтur imperator, coram auſtregis, qui ſane ſereniſſimo Palatino non ſunt illuſtriores, eſſe pertractandas. Deinde d) nullibi ſtatuitur, imperatorem in propria perſona coram judicio Palatini ſe ſiſtere debere. Quamvis enim in A. B. textu dicatur, *in curia*, ubi ipſe imperator præſens extiterit, inde nondum evincitur, coram ipſo judicio imperatorem debuiſſe comparere, cum ratio præſentiæ in curia longe alia ſecundum nos poſſit adlegari.

Cauſæ feudales. Cauſæ coram Palatino pertractandæ dubios reddunt multos. Charta noſtra viam pandit tutiorem, ex qua infero, in cauſis omnibus judicium Palatini habuiſſe locum. Etenim quod adtinet ad cauſas maxime in dubium vocari ſolitas, feudales nempe, quæque imperatorem qua talem reſpiciunt, & denique criminales, veritas adſerti ſi prodeat, de cauſis civilibus & pecuniariis, quod foro quoque ſubjaceant Palatino, nulla ramanebit dubitandi ratio.

Cauſam feloniæ contra regem Bohemiæ fuiſſe propoſitam ab imperatore coram Palatino, his verbis innuit charta: *Sedente itaque pro tribunali dicto Palatino comite - - - ſecundo peciit rex ſentencionari, quid juris ſit de rege Boëmie, qui per annum & diem & amplius a die coronacionis regis Romani celebrate Aquisgranis contuma-*

tumaciter superſedit, quod feoda ſua a rege Romanorum nec peciit nec recepit, & ſentencionatum fuit ab omnibus principibus & baronibus, quicunque ſine cauſa legitima per negligenciam vel contumaciam per annum & diem ſteterit, quod de feodis ſuis ſe non pecierit infeodari, ipſo lapſu temporis cecidit a jure omnium feodorum ſuorum.

Videmus inde, 1) imperatorem non potuiſſe procedere contra vaſallos ita, ut ipſe tulerit ſententiam, ſed egiſſe in hiſce cauſis actoris perſonam. 2) Principes & barones fuiſſe comitis Palatini in hoc judicio adſeſſores. 3) Tempus renovandæ inveſtituræ, ſi caſus contigit in manu dominante, non fuiſſe annum & ſex ſeptimanas cum tribus diebus a die coronationis regiæ, ut docent juris feudalis interpretes, ſed annum & diem in ſenſu proprio. Rudolphus enim Habsburgicus d. 31 Octobris cum fuerit coronatus Aquisgrani an. 1273, charta autem noſtra exarata ſit decima tertia kalendas Decembris, id eſt, d. 19 Novembris anni 1274, terminus ille ſex ſeptimanarum nondum effluxerat. Diſcimus 4) pœnam caducitatis non tantum propter omiſſam renovationis petitionem doloſam, ſed & propter culpoſam locum habuiſſe, cum textus expreſſe dicat, ſive per *negligentiam* ſive per *contumaciam* ſteterit. Corruunt itaque JCtorum adſerta, qui ſtatuunt, tantummodo in caſu doli usque ad privationem poſſe procedere dominum directum. Denique 5) ipſo lapſu temporis a jure ſuo cecidiſſe vaſallos, ita ut ſententia privatoria fuerit tantum declaratoria; & ſic demum 6) petitionem renovationis omnem pœnam, purgando moram, debuiſſe avertere.

Cauſæ, imperatorem qua talem reſpicientes.

Cauſas imperatoris, qua talis, ſubfuiſſe quoque foro judicii Palatini, manifeſtat charta noſtra, in qua diſertim definitur, quod ſuper bonis imperialibus, & ad fiſcum pertinentibus & aliis injuriis regno vel regi irrogatis comes Palatinus judicandi auctoritatem obtineat ex antiquo. In his autem præciſe haberi reſpectum ad imperatorem qua talem, quis poterit pernegare?

Coram judice, comite Palatino Rheni, quæsivit imperator: *quid de jure possit & debeat facere de bonis, que Fridericus quondam imperator, antequam lata esset principum depositionis sententia, possedit & tenuit pacifice & quiete, & de bonis alias imperio vacantibus, que bona alii per violenciam detinent occupata, & sentencionatum fuit, quod ipse rex de omnibus talibus bonis se debeat intromittere* &c.

At vero recupatio bonorum imperialium, quorum multa sane subtracta fuerant; (q) redintegratio terarum ad imperium pertinentium, retractio earundem in potestatem imperatoris, repulsio injuriosæ violentiæ potentia regali perficienda, conservatio demum jurium imperii nonnisi actus sunt & effectus dignitatis, autoritatis, majestatis cæsareæ. Atqui de his ipsis cognovit, ut judex, Palatinus comes Rheni. Fallitur itaque & fallit doctorum caterva, statuens imperatorem in causis civilibus & pecuniariis tantum, in quibus imperator ex contractu aliove modo ad instar privatorum tenetur, Palatini judicio subjacere, adeoque ad causas privatas esse restringendum hoc judicium.

Modus procedendi.

De modo procedendi in judicio Palatino ex charta nostra perspicimus 1) studium pacis & procurandarum transactionum potissimum cordi fuisse judici: *item rogat & consulit omnibus illis dominus rex, qui predas, incendia & spolia commiserunt, a tempore mortis Friderici quondam imperatoris usque ad coronacionem ipsius regis, quod amicabiliter transigant & componant cum offensis* &c.

II) Compositionem vel transactionem cum iis prohibitam fuisse, *qui publici fuerunt praedones sanctarum ecclesiarum*, nec non qui *bella publica exercebant; de talibus faciendum est judicium sine mora.* In ejusmodi enim delictis gravioribus compositio nihil poterat

(q) Teste *Chronico Colmariensi* ap. *Urstisium* part. II, pag. 38. ubi: „Post „mortem Friderici II imperii res, quas quilibet dominorum poterat, „confiscavit."

poterat operari, ubi de ſumenda tantum pœna ſive fredo agebatur.

III) Quæſtiones coram rege vel ſuis officialibus motas ſine debito terminari debuiſſe. Ante tempora Rudolphi lites infinitæ, & cauſarum proſecutio innumeris implicita difficultatibus fuere.

Jubentur IV) citationes & edicta in curia ſcribi & ſigillis judicum conſignari, ut per has literas fides ſit de citatione facta ſine aliqua alia probatione, citationes cum olim fuerint orales, atque ad illarum probacionem teſtes requirerentur; qua in parte judiciis atque litigantibus ſaluberrime fuit proſpectum.

V) Taxa citationis conſtituitur: *nec pro citatione hujusmodi amplius quam ſex Hallenſes vel equivalens exigatur;* ſane minimi pretii honorarium.

VI) *Monuit rex advocatos ut componant amicabiliter cum hiis, quos indebite advocacie nomine pregravarunt, & nichil ultra debitum ab hiis, quorum advocati exiſtunt, exigant vel requirant, alioquin contra eos pro hujusmodi injuria procedetur.* De advocatis in judicio quin hæc intelligenda ſit, equidem non video, quamvis & de advocatis eccleſiarum, civitatum &c. poſſint omnino accipi.

Ordinatur VII) *qualiter* rex *contra regem Boëmie deberet procedere ad ipſius contumaciam reprimendam, & ſentencia fuit lata, quod Palatinus comes Reni per virum ingenuum, ad certum locum & diem - - - deberet dictum regem citare coram ipſo Palatino queſtionibus regis ſuper contumacia peremptorie reſponſurum.* Detinuit quippe Ottocarus uſurpator terras Auſtriacas, nec Bohemiæ Moraviæque feuda recipere voluit, electioni Rudolphi in regem Germaniæ maxime contrarius. Ad utrumque coactus eſt an. 1276, qua transactione rupta biennio poſt non procul Vienna occubuit.

Contumacia itaque reprimenda erat per ſentenciam a Palatino Rheni comite ferendam; citatio ab eodem per virum ingenuum facienda, & quidem dignitati perſonarum contendentium conformis, cum dicatur ad *certum locum;* unde patet determinationem

tionem loci a voluntate Palatini unice dependiſſe, quem in locum vocandi fuerant, quibus indigebat Palatinus, adſeſſores. De tempore ſupra jam dixi. Porro ſolius in hoc judicio Palatini fit mentio, cum dicatur coram ipſo Palatino, ut judicis officium non alteri a Palatino demandari potuiſſe videatur, quocum A. B. textus ſequiori ævo conſpirat. Locutio *peremptorie reſponſurum* unus eſt ex floſculis juris Romani, hoc ævo ſenſim atque ſenſim ingruentis. *Metus, qui cadere poteſt in conſtantem virum*, itidem juris Romani formula eſt.

Quid faciendum, ſi citatio non poſſet fieri? *Sufficeret edictum publicum proponi in ipſa ſolenni curia, & citationem fieri publice in civitate vel oppido ſepe dicti comitis Palatini regno Boëmie plus vicino.* Citatio privata locum habere ſi nequeat, procedendum ad publicam, quæ proponenda in curia ſollemni, id eſt, in judicio Palatini coram adſeſſoribus, & facienda in terris Palatini, oppido nempe Bohemiæ maxime vicino, ut citationem factam eſſe facili ratione citatus poſſit certior fieri.

Locus denique celebrandi judicii præfigitur, civitas Herbipolenſis: *ita quod decimo Kalend. Febr. ipſe rex Boëmie coram prefato comite Palatino Reni in Herbipolenſi civitate debeat comparere, alioquin contra ipſum, prout jus permiſerit, procedetur.* Perſonalis itaque comparitio regi Bohemiæ hiſce fuit injuncta; cujus rigoris rationem colloco 1.) in eo, quod & ipſe imperator ut actor præſens eſſe voluerit, cum citetur rex queſtionibus Rudolphi reſponſurus. 2) Quod quæſtio fuerit de reinveſtitura, (r) quæ ab

(r) Vid. *Joachims vermiſchte anmerkungen* T. I, partic. III, p. 60. ſeqq. ubi neceſſitas in propria perſona comparendi ad inveſtituram ſuſcipiendam ex legibus & moribus Germaniæ demonſtratur: qui rigor autem poſteriori ævo, partim per jus feudale Longobardicum II. F. 3. §. 1. partim ex aliis rationibus ceſſavit, inter quas recenſet *Gundling de Feudis vexilli* § 30. expenſas & ſumtus, eminentem principum imperii caracterem, tot ceremoniis fatigari, tot regulis alligari non ferentem, converſum denique ſæculi morem.

ab ipso vasallo praesente, & neutiquam ejus mandatario, suscipi debuit, secundum hujus & sequioris aevi consuetudinem.

Fides chartae

De authentia chartae nostrae eo minus dubitandum, quo certius omnia stylo illius aevi conveniant, & statuta haec in codice saeculi XIII manuscripto, in archivo publico adservato, contineantur; quodque ex variis diplomatibus, Rudolphum in Nuremberg eo tempore, quo charta nostra exarata est, commoratum omnino esse constat. (s)

Inter testes, qui sunt omnes ecclesiastici principes, ultimo loco Abbas Norbacensis comparet, calami forte lapsu *N* litera pro *M* posita, ut Abbas *Morbacensis* sive *Murbacensis* verius legendum sit. Murbacensis enim abbatia principali dignitate jam pridem erat praedita.

Soli autem ecclesiastici principes cum inter testes occurrant, cave ne statuta curiae Norimbergensis sine deliberatione cum secularibus fuisse condita credas. Verba enim chartae nostrae: *ac honorabili caterva comitum & baronum, maximaque multitudine nobilium & plebeiorum astante - - - & diffinitum fuit ab omnibus principibus & baronibus*, aliud docent. Quod non subscripserint seculares, factum esse puto 1) quia hi minus, quam ecclesiastici, consuetudinum imperii, quas continet charta, fuerunt periti. 2) Quia seculares non semper sua secum gestarunt sigilla, quod ecclesiasticis solenne fuit. 3) Acta publica magnae auctoritatis & bene-

 diċtione

(s) Eodem die, quo statuta lata sunt, exaratae prostant Rudolphi I Rom. reg. literae feudales, quibus Joannem III Episcopum Lubecensem (qui inter testes chartae nostrae comparet) de terris & regalibus suis investivit. Datum Nurenberg XIII Kal. Decembr. indict. III an. 1274 regni II. ap. *Lunig Spicil. Eccles.* II Th. p. 319. Porro apud *Hund. Metr. Salisb.* T. I, p. 260 & *Lunig Spicil. Eccl.* cont. I. p. 4. extat Rudolphi confirmatio omnium libertatum, donationum, indulgentiarum atque meritorum ecclesiasticis principibus a Friderico II concessorum. Datum Noremberg. XI Kal. Dec. (21 Nov.) indict. III, an. 1274. regni an. II.

dictione divina haud prorsus digna æstimabantur, nisi præsulum ecclesiarum nominibus fuerint insignitæ. Alia insuper extant diplomata a solis ecclesiasticis subscripta. (*t*)

Exempla judicii Palatini exerciti.

Quanquam sola charta hactenus dilucidata sat superque judicium Palatini demonstret, omneque tollat, quod moveri possit, dubium, ad majorem tamen confirmationem exempla celebrati judicii Palatini adferre non erit superfluum. Erravit illustris Senkenbergius, quod in omnibus exemplis, in quibus principum mentionem factam deprehendit, argumenta contra judicium Palatini se invenisse existimabat, cum omnia illa potius pro judicio Palatini pugnent, quippe non solus judicavit Palatinus, sed semper cum adsessoribus, qui erant in curia principes. Cum autem Senkenbergius (*u*) etiam judicium principum fabulam fuisse adserat, quid mirum, illum judicii Palatini habitum non intellexisse? Quod magis devitandum fuisset, sibimet ipsi frequenter contradixit; ipseque fateri cogitur, multas lites imperatoribus motas a principibus fuisse decisas.

Seculo XIII antiquæ Germanorum leges clarissimis verbis stabiliunt judicium Palatinum. Facit huc Urbani IV. ad Richardum epistola an. 1263. (*x*) quæ judicium istud tanquam rem tum temporis extra dubium positam sustinet. Sub Rudolpho I imp. judicium Palatinum viguisse negat Senkenbergius, causam regis Bohemiæ coram comite Palatino tractatam fuisse inscius. Sua electores contra Albertum I imp. gravamina ad idem judicium detulisse novimus, ad comitem Palatinum Rheni pertinere asseren-

(*t*) E. g. Privilegia Friderici II principibus ecclesiasticis data an. 1220 ap. *Senkenberg* S. *der* R. A. T. 1. p. 47. Imo habemus Rudolphi diplomata sine ullius testis mentione complura.

(*u*) In præfatione ad Tr. *de fabula judicii Palatini.*

(*x*) In qua hæc verba: „ad prædictum comitem Palatinum tanquam ad „hujusmodi discordiæ judicem recursus est habendus.

afferentes ex quadam confuetudine, de caufis cognofcere, quæ ipfi regi moventur. (y)

In caufa Caroli IV contra Ludovicum Brandenburgenfem & prætenfiones hominis ignoti, qui fe Woldemarum, electorem Brandenburgicum, jam diu inter mortuos reputatum, dixit, id pariter exercitum fuiffe fupra oftendimus. (z)

Burggravium Norimbergenfem Fridericum a fententia Caroli IV imp. ad Rupertum feniorem, electorem Palatinum, provocaffe, Londorpius (a) fidem facit. Simile de Wenceslao Schilterus (b) exemplum adducit.

Fridericus III caufam Helvetiorum, cum de ipfo conquererentur, coram comite Palatino Rheni, a quo omnes imperatoris caufæ decidi foleant, tractari voluit. (c)

In defuetudinem abiiffe hoc judicium, adeoque fublatum omnino effe, nemo prudens afferat, quamvis, ut multi dicunt, Palatinus non amplius fit judex curiæ. Neque enim fub Rudolpho I & Carolo IV is judex curiæ erat, alium plane cum Fridericus II curiæ judicem conftituiffet; at nihilominus uterque cæfar judicium Palatini agnovit. Sereniffimus Palatinus huic fuæ prærogativæ nunquam renuntiavit. Textus legis eft clariffimus; nec deficiente occafione utendi privilegio, privilegium interit. Præfcriptione interverti legem fundamentalem, in quam adhuc

 jurant

(y) Teftis eft *Henricus Rebdorf* ad an. 1301.

(z) Conf. *Sommersberg fcript. rer. Silefiacarum* tom. 1, p. 981. *Unterfuchung von der vorgegebenen wiederkunft des churfürft Woldemars* in *Jufti hiftorifch- und juriftifchen fchriften* tom. 11, p. 71, ubi ftatuitur, incertum effe adhuc hodie, penfitatis omnibus fundamentis, utrum peregrinator ille verus fuerit, an pfeudo Woldemarus.

(a) *Act. publ.* tom. 1, cap. IV, p. 22.

(b) *Comment. ad J. Al.* C. 42, § 28.

(c) Vid. *Gerhardus de Roo annal. Auftr.* lib. v.

jurant (d) imperatores, quis dicere audeat. In capitulatione Josephi II (e) prima vice additum est, imperatorem velle conservare omnia electorum jura, praerogativas & praeeminentias, prout in A. B. sunt expressa; unde argumentum novum pro valore hujus judicii, quod in collegio electorali nondum oblivione sepultum esse, nostris temporibus sub Carolo VII imp. electorale ad ejusdem capitulationem monitum docuit. (f).

Statuta Curie Nurenberg celebrate

AN. MCCLXXII.

In publico Consistorio tempore sollempnis & regalis curie *Nurembere* celebrate, considentibus principibus ac honorabili caterua comitum & baronum, maximaque multitudine nobilium & plebeiorum astante coram serenissimo domino RUDOLFO Romanorum rege ad exhibendum vnicuique justicie complementum. Primo peciit rex sentencionaliter diffiniri, quis deberet esse judex, si Romanorum rex super bonis imperialibus & ad fiscum pertinentibus & aliis iniuriis regno vel regi irrogatis contra aliquem principem imperii haberet proponere aliquid questionis, & diffinitum fuit ab omnibus principibus & baronibus qui aderant, quod *Palatinus*

(d) Art. II, § 3. „Wir wollen die guldene Bull . . . . gleich wäre sie „dieser capitulation von worten zu worten einverleibt, steet, vest „und unverbrüchlich halten . . . gebührend handhaben, und darwi- „der niemand beschweren noch durch andere beschweren lassen.

(e) Art. III, § 4. „Sie bei ihrer wohlerlangten churwürde, und sonder- „baren rechten, hoheiten, praeeminentien und praerogativen erhalten, „besonders wie all solche in der guldenen Bull ausgedruckt sind.

(f) Ad Art. VI. Capitulationis Caroli VII in *Mosers Comment.* part. III, p. 187 ubi: „Ferner wäre zu erwägen, ob nicht künftighin das „in A. B. vorgeschriebene judicium Palatinum in mehrere observanz „zu setzen.

latinus comes Reni auctoritatem iudicandi super questionibus, quas imperator uel rex mouere vult principi imperii, optinuit & optinet ex antiquo. Sedente itaque pro tribunali dicto Palatino comite rex peciit primo sentencionaliter diffiniri, quid ipse rex de jure possit & debeat facere de bonis, que FRIDERICUS quondam imperator, antequam lata esset principum deposicionis sentencia, possedit & tenuit pacifice & quiete & de bonis alias imperio vacantibus, que bona alii per violenciam detinent occupata, & sentencionatum fuit, quod ipse rex de omnibus talibus bonis se debeat intromittere, & ipsa bona in suam retrahere potestatem, & si aliquis in recuperandis talibus bonis ipsi regi se opponere presumeret, iniuriosam violenciam regali potencia debeat repellere, & jura imperii conseruare. Secundo peciit rex sentencionari, quid juris sit de rege Boemie, qui per annum & diem & amplius a die coronacionis regis Romani celebrate Aquisgranis contumaciter supersedit, quod feoda sua a rege Romanorum nec peciit, nec recepit, & sentencionatum fuit ab omnibus principibus & baronibus, quod quicunque sine causa legitima per negligenciam uel contumaciam per annum & diem steterit, quod de feodis suis se non pecierit infeodari, ipso lapsu temporis cecidit a jure omnium feodorum suorum. Tercio peciit rex sentencionari, qualiter contra regem Boemie deberet procedere, ad ipsius contumaciam reprimendam, & sentencia fuit lata, quod Palatinus comes Reni per uirum ingenuum ad certum locum & diem, videlicet infra sex. septimanas & tres dies a die judicii numerandos, deberet dictum regem citare coram ipso Palatino questionibus regis super contumacia peremptorie responsurum, & si ingenuus electus ad citacionem faciendam assereret, & confirmaret proprio juramento, quod ob metum, qui cadere potest in constantem uirum, non auderet se ipsius regis Boemie conspectibus presentare, uel terram regis ingredi, sufficeret edictum publicum proponi in ipsa sollempni curia, & citacionem fieri publice in ciuitate uel oppido sepedicti comitis Palatini regno Boemie plus

 vicino.

vicino. Vt autem omnia procederent ordinate, ad faciendam presentacionem citationis sex septimanis & tribus diebus super additis decem & octo diebus, in summa date sunt inducie prefato regi Boemie nouem ebdomade a duodecimo Kalend. Decembr. computande, ita quod decimo Kalend. Febr. ipse rex Boemie coram prefato comite Palatino Reni in Herbipolen. ciuitate debeat comparere, alioquin contra ipsum prout jus permiserit procedetur. Preterea ex decreto & consilio principum diffinitum est, quod dominus Romanorum rex jus debeat reddere de omnibus questionibus ciuilibus & criminalibus a coronacione sui temporis subortis & que deinceps orientur. Item de omnibus questionibus ciuilibus, que etiam ante sui coronacionem emerserunt, super hereditatibus, feodis, possessionibus, proprietatibus, nisi iudicio, transactione, uel composicione amicabili sint sopite. Item de spoliis, predis, iniuriis & dampnis datis tempore Friderici quondam imperatoris inter fautores pape & imperii, intendit dominus rex habere consilium & tractatum cum papa, qualiter fautoribus vtriusque fiat, quod equum visum fuerit tam pape quam regi. Item rogat & consulit omnibus illis dominus rex qui predas, incendia & spolia commiserunt, a tempore mortis Friderici quondam imperatoris vsque ad coronacionem ipsius regis, quod amicabiliter transigant & componant cum offensis, rogat eciam offensos ut non sint nimis difficiles in recipienda composicione; alioquin deliberabit rex, quid expediat in hac parte; inter hos autem censeri non debent, qui publici fuerunt predones sanctarum & ecclesiarum nec non bella publica exercebant, sed de talibus faciendum est judicium sine mora. Item questiones jam mote coram rege uel suis officialibus debent fine debito terminari. Item diffinitum est ut citaciones & edicta in curia & officialium suorum scribantur & sigillis judicum consignentur, & per has litteras fides sit de citacione facta sine aliqua alia probacione, nec pro citacione huiusmodi amplius, quam sex hallen. uel equiualens exigatur. Item monuit rex aduocatos, ut

ut componant amicabiliter cum hiis, quos indebite aduocacie nomine pregrauarunt, & nichil ultra debitum ab hiis, quorum aduocati exiſtunt, exigant uel requirant, alioquin contra eos huiusmodi iniuria procedetur. Item ſtatuit quod in nulla ciuitate imperii debeant eſſe ciues, qui *Phalburger* vulgariter appellantur. Hiis omnibus preſentes interfuimus nos principes eccleſiaſtici, videlicet Wernherus archiepiſcopus Moguntin. Bambergen. Eiſtaden. Auguſten. Ratisbonen. Lubicen. Miſnen. Chimen. & Tridentin. epiſcopi, Conſtancien. & Herbipolen. electi, & abbas Norbacen. quorum eciam ſigilla de ſpeciali mandato noſtro preſentibus ſunt appenſa, in euidens rei geſte teſtimonium ad erudicionem preſencium & ad cautelam quorumlibet ſucceſſorum. Acta ſunt hec anno Domini milleſimo CC^{mo} LXXIIII. xiii Kal. Decembr. indictione tercia. Regni noſtri anno ſecundo.

OBSERVATIONES

Genealogicae ad Palatinorum Wittelsbac. Silveſtrium & Eberſtein. comitum familias.

Auctor

Georg. Christianus Crollius.

§. I.

Die geſchichte iſt ohne eine richtige kenntniſs der mannigfaltigen verbindungen herrſchender geſchlechter in abſicht auf die daraus entſprungene verhältniſſe, begebenheiten und ſtreitigkeiten ohne nutzen; und dennoch bedarf man in der heutigen klüglenden welt, der es weniger um wahrheit, als den ſchein, den ihr ein philoſophiſches gewand oder die kunſt der ſprache leihet,

beinahe

